ALEXANDRI APHRODISIENSIS PERIPATETICI DOCTISSIMI,

5.

In Aristotelis Opusculum de Sensibus atque de his quæ cadunt in sensum, vel de Sensuum instrumentis, Commentarium de Græco accuratissimè conuersum,

LVCILLO PHILALTHÆO INTERPRETE.

MICHAELIS EPHESII SCOLIA IN ARISTOTELIS LIBROS ALIQVOT, NEMPE:

De Iuuentute, Senectute, vita & morte,
De Longitudine ac breuitate vitæ,
De Diuinatione per somnum.



VENETIIS,
APVD HÆREDEM HIERONYMI SCOTI,
M. D. LXXIII.

4

OPVSCVLVM ARISTOTELIS
DE SENSIBVS ATQVE DE HIS QVAE CADVNT IN SENSVM,

Vel de sensuum instrumentis, & Alexandri Commentarium non antea è Graeco in Latinum conuersum.

LVCILLVS PHILALTHÆVS VERTEBAT.

HAEC Libro de anima cum Aristoteles narrasset qua nobis cumque de anima communiter, in vniuersum, & propriè quot quæq; essent eius facultates, & in quo earum versaretur natura, explicatum est diligenter. Quo etiã loco quid esset sentiendi facultas, & in quot sensus distribueretur accuratè quidẽm, & breuiter patefecit. Cũque omnes separatim sensus percurrisset, & non modo quę illurum esset potestas percipiendi, verum etiam quę actio, & in quo potissimum consisteret explicasset, atq; de vnoquoq; quod esset à sensu comprehensibile, quantum videlicet sibi ad exprimendas sensuum actiones

Scopus libri.

commodo vsuiq; fore intelligebat, finem dicendi fecisset, hoc nimirum opusculo cum quid sit cuiusq; sensus instrumentũ, tum illud etiã ex quo sentiendi actio proficiscatur, quoniam perfici sine huiusmodi instrumento nequit, diligenter docebit. Nam haud secus animæ sensitricis, atq; reliquarũ, aut saltem plurimarum semper functio munusq; exerceri sine corpore nõ potest. Cuiq; prę terea sensui proprium comprehẽsibile affert, & quid sit vnumquodq; suapte natura comprehensibile propterea exprimit, quod propriũ à cõmuni distinguitur, de quibus disseruit tanquam de his quæ cadunt in sensum. Ac quale sit operi propositũ, Libri titulus indicat. Cũ enim de sensuum instrumentis, ac de his quæ in sensum cadũt disputare vellet, opusculũ inscripsit de sensu, & his quæ in sensum cadũt, in quo sanè opusculo sensuũ instrumẽta ea quidem de causa explicari voluit, quod accurata de his disputatio percipiẽdis sensibus est magno certè adiumento, Corpori enim æquè, ac animo sensus datus est. Vel fortasse de sensibus opus iam elucubratum inscribẽdum duxit, vt pro sensibus quemadmodũ solent interpretes appellare instrumenta sensuum intelligeremus. Instituens porrò Librum hunc qui illi iam absoluto de anima finitimus est, primum refert sibi de animãtibus vitãque degentibus, atq; de actionibus communibus, & cui

Alij sensiteria, alij sensoria nos instrumẽta sensus.

que animalium generi proprijs dicendum esse. Ac quæ sint communes propriæq; animãtum, quorũ anima certa quædam origo est, actiones probe declarabit & statuet, idq; nõ immerito quoniã nemo de actionibus animę grauiter disputare poterit, nisi de functiõibus animalium, & eorum quæ viuunt sermonem fecerit cuius rei hãc causam rationemq; affert, quod actiones eorum et communes, & propriæ pene omnes cũ animę, tũ etiam corpori congruunt in qua sententia cum insistat, animã

Arist. 2. de ala Plotin. in prima ęneade.

quẽdam intrinsecum actũ corporis naturalis esse, quod varia instrumẽta habeat comprobat. Ac ex eo vel maxime persuadet animantum actiones & corpori, & animæ cõmunes esse, quod nulla fere est quæ non per sensum, aut cum sensu perficiatur. Cũ ergo functiones sensus, atque eum ipsum cõmunẽ corpori, & animæ esse tãquàm firmũ ac ratum asserat, eum proinde sermonem referrè & mãdare huic Libro instituit, quem de sensuum instrumentis fecit. Et cum antea copiosè de anima disputando eodem in loco sensum, & eius opera actionesq; cam corpori, quã animæ tribuisset: visum est ei nihil de his, quæ in sensum cadũt subtiliter à se tractari posse, nisi de sensibus primum diceret. Hic enim cuiq; animanti cũ maxime communis sit, tum etiam omnium actionum animę euidentissimus.

CVM ipsi superiore libro de anima separatim, deq; singulis eius facultatibus, quæ pta sertim, in partibus illius inessent, finem tractandi fecissemus proximè testat, vt de animalis cuiusq; ac vitã degentis actionibus, quæ vtpote communes, quæve illis propriæ sint, sermonem instituamus. Tex. 1.

QVAMOBREM hoc opusculum elucubrarit post illam susceptã de anima tractationem, principio eã causam profert, quam paulo ante eer quam breuiter perstrinxi. Nam hęc de animãtibus, & his omnibus quæ vita fruuntur, ac de actionibus & cuiq; animalium generi & cõmunibus, & proprijs sumpta disputatio illi de anima confinis vicinaque existit. Hæ sanè actiones nulli viuẽtiũ sine corpore datæ sunt, Sed ne in his verbis hæreas, separatim de anima: hæc inquam pro his dixit De vniuersa anima propriè, cõmmuniter. & in vniuersum, atq; separatim de quacunque partium eius facultate copiosè nobis disputatum est. Libro enim de anima, de qua tractauit multa subtiliter, primum eam ipsam definiuit quantum prima, sed imperfecta definitio quantumque secunda, sed longè perfectior dicendis declarandisque rebus aptior videretur, & accommodatior. Deinde cæteras quasque singulas facultates altricem videlicet, sensitricem, visum phantasiamve, ac reliquas attigit. Vel dixerim hæc verba separatim de anima ab eo dicta fuisse. vt indicet in illis commentarijs nihil de corpore accuratè & perfectè dicere voluisse, quo cum tamen animę summa necessitudo atque cõiunctio intercedit, quod fortasse in causa est, vt nunc de sensuũ instrumentis dissererat. Hoc opusculum de animalibus vbi post absolutũ sermonem de anima nobis legẽdũ in manu sumpserimus, hoc illico nobis faciendũ cum statuat, vnà causam affert cur de his etiam quæ vita fruuntur, debeamus dissetere. Com. 1.

Nam minimè verum est quod tu cuíq; dixeris animā habere, id esse animal, quoniam (vt in commētarijs de anima retulit sensu animal noscitur & definitur. Sed cū anima cui tributa est alendi potestas prius corpus formet, quàm sentiendi anima, & id sanè ipsum corpus tum animatum vitaq; frui dicatur. at mehercule tamen nemo illud animal, nisi plantam animal dici vellet, fateretur. Affirmat prætereà animalium partes vitam habere. Sed in quibus hæc versetur sæpenumero de animalibus vitāq; degūtibus à nobis, vocata tractatio, vel his maximè verbis illustrauit. Quę vtpotè cōmunes quęúe illis proprię sint, quasi hoc opusculū eò referat, vt de actionibus & communibus & cuiq; animantū generi proprijs ęditum sit, quoniā ei propositum nunc est minimè earum partitionem diuisionemq; facere. Cæterum vsus est nomine actionis pro functione. Nā actio est rationalis quædam functio, cuius omnino expertia ea sunt animalia, quę carent ratione.

Tex.2. *Quæ itaq; ipsi de anima disputamus, rata sint, & in reliquis tradēdis ordiamur à primis. Quæ porrò maxima, & communia & propria cuiq; animanti videtur, hæc ipsa cuiusque tam corpori, quam animo tribuuntur, quo in genere collocantur sensus, memoria, ira libido prorsusq; appetitio. Præterea voluptas, dolor. Etenim hæc in omnibus ferè animalibus insunt. Ac partim communia omnibus sunt, quæ hac luce fruuntur, partim vero quibusdam. Hæ tamen videntur vel cuique maximè communes vigilia, somnus, iuuentus, senectus, aspiratio, respiratio, vita mors: è quibus quadripartita numero collectio sumitur, de quibus quæq; sit, & quibus nascatur causis dicturi sumus. Physici quoque interest initia morbi valetudinisque cognoscere, cum neq; morbo laborare, neq, bene valere ea possint, quæ vita priuantur. Quocirca scientiæ de natura plurimi deditt solent rudimentis medicinæ suam terminare disciplinam, & medici tum ij vel maximè, qui philosophię vestigijs ad suam artem aggrediuntur, à preceptis philosophiæ vltimis medicinam auspicantur. Sed ne longius vagetur oratio, perspicuum est omnes quas attigimus actiones, & corpori & animæ communes esse. Singulæ enim cum sensu aguntur, quędā vero sensus ope exercentur, quarum item aliæ sunt certi quidam animę affectus, aliæ autem habitus, aliæ quoq; tanquā quędā custodiæ et incolumitates, aliæ deniq; interitus, & priuationes. Postremo corporis causa animā sensu frui siue rationem desideres, siue negligas, perspicuum est.*

Posteaquam statuit post sermonē quem de anima fe-
Com.2. cit, sibi continuo dicendū esse de animalibus, et his quæ vitam degūt (Horū sanè cuiusq; vis formaq; est anima) & vniuersam susceptā disputationem in duas partes secuit, quarum vna actiones communes animalium contineret, altera verò proprias complecteref, à cōmunibus, quę vel in omnibus, vel in plurimis insunt, sumet exordiū, deinde proprias cuiq; animantiū generi persequitur, quædā tamen prius propterea de aīalibus narrat, quod ad percipiendas cuiusq; animalis, & eius partium actiones eiusmodi narratio plurimū valet. Communes enim animantum functiones quodam sanè modo orationem de anima continentē faciunt vel ad eam pertinent. Quæ iccirco sunt communes explicabit, interea quæcunq; superiore libro de anima tradita atq; tractata sunt diligenter hoc loco quadā quasi rerum explicandarum fundamenta rata ac firma primum iecit, & more hominū fundamenta rata ea dici solent, quæ cum sunt principia sine
ἀξιώματα. vlla demonstratione tenentur, quæq; decreta effataq; dicunt. Consueuerunt itē ea fundamenta rata appellare, quæ etsi commonstrari queant, at hac ipsa tamen petunt dari sibi, & cōcedi donec probauerint ea, quod quidem faciunt vt facilius reliqua declarent & demōstrent. Principio itaq; contendit, vt dentur sibi quæ in superioribus commentarijs de anima copiosè tractauit quædam tanquā fundamenta earum rerū, quas expositurus est nunc primumè accurat & diligenter. Dudum enim ea demonstrauit, quæ nunc silentio præteribit. Enim autē velle de his, quæ post disputationem de anima exprimenda sunt hoc loco differere, vel ex his verbis certiores fieri possumus, quoniam de functionibus animalium quæ sint, & cur exerceātur se facturū recipit. Quocirca eorum deprehēdif error, qui existimauerūt Aristoteli fuisse propositum vt cum de animalibus esset dicturus quędā pręfari hoc loco vellet. At mens eius est multa nūc tractare de sensuū instrumentis deq; his rebus quæ à sensibus percipi possunt. Hęc autem vbi primū disputauerit, de vita deinde & morte, deq; somno & vigilia, ac de diuinationibus, quæ è somnis ducuntur, postremo de animalibus multa magnopere tractabit, qui sanè libri omnes cū hoc vno quodā societatis vinculo continentur. Cęterū actiones partim omnibus animalibus, partim his quę vitā degunt communes esse his verbis significat. Quę itaq; ipsi de anima disputauimus rata sint, & in reliquis tradendis ordiamur à primis, & quæ sint prima illico patefacit. Quę porro maxima, & cōmunia, & ꝓpria cuiq; animātu videntur, cuiusq; tā corpori, quā animę tribuuntur. Horum verborum sententiam assequi si desideras hæc est. Actiones animalium maximæ, & in vtroq; genere communes, & propriæ æquè animæ, ac corpori, & non animæ seorsum cōmunes existunt vnde fuisse illi oportunum perq; necessarium de bis dicere indicat, & non solū de his, verum etiam de partibus in quibus actiones animantum collocantur, & per quas exercētur. Libro item de anima plurimas actiones vitæ atq; animi, sine corpore, perfici non posse asseruit. Sed quæ sint maximè, quæ cōes animæ & corpori, continuò aperit. Quo in genere collocantur sensus, memotia, ira, libido, prorsusq; appetitio. Prætereà voluptas, dolor. Hæc opera functionesq; in singulis penè animalibus apertissimè insunt, quę cum in corpore insideant, in animo etiam versantur. Harum quoq; permultas libro superiore attigit, quasdam verò in cæteris memoratis commentarijs diligenter suscipiet explicandas. Sensum itaq;, libidinem, voluptatem, dolorem cuiq; animalium vendices velim. Iram autem et memoriam quàm sanè plurimis adscribito, assignato: qui sanè affectus è sensu pendēt. Memoria enim de qua multa docebit à sensu ortū trahit, Appetitio, voluptas, dolor itidem sensum (quemadmodum liber de anima declarat) merito efflagitant. Pręterea sunt horum quidā affectus cunctis viuentibus communes, sed alij omnibus animalibus, alij vero plurimis hęrent atq; accidunt, de quibus vt proposuit, perspicuè diuinitus disputabit. Hi (vt prædicti) cum corpori tum animæ communes existimantur quibus de cunque separatis voluminibus dicturus est, At vero qui sint diligenter tractandi his verbis insinuat. Hæ tamē vidētur vel cuiq; maximè cōmunes vigilia somnus, iuuentus senectus, aspiratio respiratio, vita mors, è quibus quadripartita numero collectio nascitur quorū numerum vbi collegit, nunc primo conatur de sensuū instrumētis, & his quæ à sensibus percipi queunt opus ędere fortasse difficile sed ad percipiēdam animaliū naturam quam sanè vtilissimum: de reliquis deinde enumeratis affectibus sermonem dilucidū diuinitus faciet, & rationem affert quamobrem antedictas actiones sensuū explicare conabitur. Etenim hæ in omnibus fere animalibus insunt. Non enim hę solū, sed etiam illæ communes cuiq; animantum videntur, quas post hoc de sensibus opusculum explicabit. Addit physici interesse prima morbi valetudinisq; fundamenta cognoscere, id est a quibus initijs oriatur vel in quibus primū versetur vel valetudo, vel inualetudo, quia in quadā primarū facultatū vtpote siccitatis, humoris, caloris, frigoris mediocritate versatur, quarū etiam rerum disputatio germana per quę familiaris est narrationi vel historię de animalibus, quod his verbis ostendit. Cū neq; morbo la-

bo laborare, neq; bene valere ea poſſint, quæ vita priuantur. Veruntamen ne hoc te fugiat: Extant ſanè ij libri in eorũ numero repoſiti qui naturales inſcribuntur ab Ariſtotele de illis ſupra memoratis affectuum: ideſt vigiliæ, ſomni, iuuentutis, ſenectutis, aſpirationis, reſpirationis, vitæ, & interitus coniugationibus conſcripti. Sed qui de valetudine & morbo dicuntur ſi æditi fuerant, veterum fortaſſe indiligentia atq; incuria obſoleuerunt. Vigilia, & ſomnus cuique animalium generi congruunt, niſi quoddam genus piſcium obijcias, quod ne ſit ſomni expers in eo libro quem de hiſtoria animalium Ariſtoteles compoſuit, diligenter quærit. Iuuentus & ſenectus non ſolum animalibus, verumetiam cuiq; viuenti & animanti, ſi quidẽ plantæ adoleſcere atq; ſeneſcere dici ſoleant communes exiſtunt: Vita, mors, aſpiratio, reſpiratio quamplurimis tum his vel maximè, qui pulmones habẽt animalibus tribuuntur. Reliquum initia morbi, & ſanitatis conquirere, ac tradere phyſici munus eſſe affirmat: Plurimi idcirco Philoſophi, qui ſcilicet omne ſtudium, & diligentiam in perquirendis naturæ cauſis, & rationibus poſuerunt de repellendis morbis, & recuperanda valetudine multa ſtudioſè, & acutiſsimè tractarunt, quinetiam vbi primum initia morborum, & tuendæ vitę neceſſaria ſubtiliter & abſolutè tradiderunt finem rebus naturæ explicandis impoſuerunt, & medicorũ primi qui in ea quidem arte excellere putabantur, ab his in quibus poſtremò Philoſophi elaborarunt, quaſi à rebus naturalibus rudimenta medicinæ tradere cœperunt. Ac ſimul his verbis nos admonet, vt qualia ſint vtriuſque & naturalis ſcientiæ, & medicinæ confinia. Primum non ignoremus, deinde medicinam ſub philoſophia ſub quodam quaſi tutore, & patrono poſitam & conſtitutam arbitremur, quippe cum hæc illi ſua principia ſuaq; fundamenta, quemadmodum geometriæ ars de perſpiciendis videndiſq; (vt aiunt) lineis, vel arithemeticæ diſciplina de temperandis concentibus, vel aſtrologiæ gubernandarum nauium ſcientia, receptum referre debeat. Sed vt eo reuocetur vnde huc declinauit oratio, quas recenſuimus actiones cum animæ tum corpori communes his verbis facit. Quæ porrò maxima, & cõmunia, & propria cuiq; animanti videntur, hæc ipſa cuiuſq; tam corpori, quàm animæ tribuuntur. Sed quæ ſint hæc communia, continuo hunc in modum indicat. Quo in genere collocantur ſenſus, memoria, ira, libido, voluptas, dolor. Annectit prætereà quaſdã alias actiones, quas cum fateatur omnibus vita fruẽtibus vniuerſas communes eſſe, & quaſdam earum animalibus ſolum cõgruere aſſerit, quo nõ contentus coniugationes quinque harum actionum colligit, quas maximas & euidentiſſimas omniũ cenſet, quaſq; ſe tractaturum recipit, quoniam cum maxime communes ſint, natura quoq; primæ iudicantur. Has itaq; vel ex eo pręcipuè tam corpori quam animę accõmodari vult, quòd earum nulla eſt, quæ ſine ſenſu perfici queat, quod luculenter his verbis oſtendit, Singulę enim cum ſenſu aguntur, quædam vero ſenſus ope exercentur. Nam vigilia cum ſenſu ſit, ſi quidem cibo concocto ſenſus excitetur, quem ſomnus complexus erat, & ab otio ad actiones gerendas & ad negotia ſeſe trãsfert, quo ſanè modo vigilia fit. Itidẽ cum ſenſu voluptas & dolor valetudo & morbus animalibus accidunt. Iuuentus vero, & ſenectus per ſenſum in animalibus inſunt, quoniam vtraq; cõtingit mutato variæq; ſenſu quidem affecto. Somnus enim quædam eſt ſenſus affectio: cum ſomnus non aliter fiat atq; cum ſenſus bene ſopiti officio vacant ſuo. Cum enim cibi vapor caput petit, cogitur a cerebro redire ad locum vnde aſcendebat, & ſenſus humore vaporis grauatus peneq; oppreſſus, ne ſuis muneribus fungatur, quam ſauè valde impeditur & iacet. Et hæc nimirum cauſa

De ſomno & ſomno vide libellum ſeparatum Ariſt.

eſt, cur animalia conquieſcant, & arctiſſimè ſomno plerunq; teneantur. Senſus eſt quidam certus habitus, quoniam propterea animalia hac luce fruuntur, quod ſenſum poſſident. Cuſtodiæ quædam, & ſalutaria vitæ ſubſidia ſunt memoria, ac recordatio. Interitus autem, & priuatio exiſtimantur obliuio, & mors. Quapropter nulla eſt actionũ, quas ſupra memorauimus coniugatio, quæ non ſenſu vel non ſine ſenſu habeatur & conficiatur, idq; ex his quæ paulò ſuprà explicauimus liquet. Iuuentus ſenectusq; ſtirpibus, & plantis communiter, ſed non propriè adſcribuntur, at vita morsq; non ſolum animalibus, verumetiam omnibus animãtibus ſenſu quidem orbatis accidunt, quæ ſingulæ à nobis ſæpiſſimè repetitæ actiones ſenſu continentur, hunc poſtulant, hunc deſiderant, hunc principem ſuũ agnoſcunt, quæ ſine corpore conſiſtere non poſſe æquè ratione ac ſine ratione compertum eſſe inquit. Eſt inquã luce clarius ſenſum corporatis inſtrumẽtis vti oportere, ſi ſuis debeat fungi muneribus, quod fortaſſe facilius hac ratione perſuaderi poterit, quia ſentienti actionẽ exiſtimamus quandam eſſe earum rerũ apprehenſionem, quæ ſenſus feriant adhibitis ſanè corporeis inſtrumentis.

Sed de ſenſu, eiuſque actione multa in commentarijs de anima texuimus quo etiam loco cauſam perſcripſimus cur ſentiant animalia. Etenim neceſſe eſt, vt quodcunque animal qua ratione animal eſt, ſenſu perfruatur. Nam eo ipſo ab inanimis rebus animalia ſecernimus & internoſcimus, veruntamen quicunq; ſenſus non ſingulis accommodatur animalibus, ſed guſtatus et tactus in omnibus inſint, neceſſe eſt. Tactus inquam ea de cauſa cunctis tribuitur, qua libro de anima allata eſt. Guſtatus verò affigitur cuiq; animali, vt ali queat. Nam huic ſenſui datum eſt ciborum & ſuauitatem, & acerbitatem diſcernere ſic, vt à peſtiferis refugiamus ſalutares verò, perſequamur. Et quo ſummatim dicã, ſapor eſt eius partis affectio quæ vim guſtandi obtinet. Reliqui verò ſenſus qui appulſus ictuſve per quædam foris interualla excipiunt velut odoratus, auditus aſpectus cum gradientibus animalibus, qui vtpote ſenſibus potiũtur tuendæ incolumitatis cauſa dati ſunt, vt ſcilicet præſentiendo paſtus capeſſerent ſalutares, peſtiferos autem, & nocentes vitarent, tum etiã his præcipuè viuentibus ad ornamentum & boni gratiã tribuuntur, quibus innata eſt prudentia. Nam multam rerum varietatem, magnumque diſcrimen nos velut internuntij docent, è qua varietate & rerum intelligendarum, & gerendarum ſcientiam videmur adepti. Sed horum ſenſuum ad vſus vitę neceſſarios, ſuapte natura optimus eſt aſpectus, ſed ad perdiſcendas diſciplinas, & aduentitio modo auditus primas tenet. Aſpectũ autem multas variasque rerum omnino differentias nobis indicare vel ex eo potiſſimum probaretur, quod ſingula corpora colorata ſunt. Quin etiam vis cernendis communia comprehendit obiecta. Communia dico figuram, molem motum, ſtationem, numerum. Auditus autem ſolum ſtrepitus ſonituſve diſtinctos percipit perque paucis vocum varietatem iudicandi facultatem confert, etſi non parum illis animantibus adiumento eſſe ſolet, quę ad rerum ſtudia & cognitionem ſunt procreata, quod quidem facit auditus non ſuapte natura, ſed orationis ope quæ comparandæ diſciplinæ cauſa eſt, cui etiam accidit vt aures feriat. Oratio enim ex nominibus conſtat, & quoduis nomen rerum nota eſt. Quamobrem cæci ad diſcendum aptiores ſunt, quam qui ab ortu vtroque priuati ſunt ſenſu, velut qui ſurdi & muti naſcuntur.

Tex.3.

Secundo de anima.

Primo de interpretatione.

Cum ſupra opera animalium communia atq; effectus per ſenſum exerceri, & perfici probauiſſet, cumq; ſenſum quãdam actionem corpori, & animæ communem

Com.3.

munem

munem esse tradidisset, vt sua bene texatur oratio prius de sensu dicturus est, quam ea persequatur quæ ab animalibus vel cum sensu, vel per sensum aguntur. Nam à communibus tanquam à capite arcessere oportet, quæ sanè explicari prius cæterarū rerum cognitio desiderat. Sed quæ de sensu dicenda sunt partim libro de anima vberrimè tractata, partim explicanda diligenter inquit. Etenim eo quidem libro de anima sensitrice, de sentiendi facultate, de actione solum vbi scilicet nulla est habita accurata mentio, de instrumentis per quæ omnis sensus actio absoluitur, copiosè disputatum est; nunc verò ea quæ dixi instrumēta sensuum tractat. Cum enim & corpori, & animæ sensus communiter tribuatur mentio disputatioq; de antedictis instrumentis coniuncta, vnà est cum illa, quæ de sensu partim habita partimq; accuratius habenda est. Adhibenda quoque huic est cognitio illudumq; earum præcipuè rerum quę à sensu percipi queunt, quoniam ab his omnis sensus actio proficiscitur. Quæ vniuersa etsi libro memorato illustrata fuerūt, at nunc tamē fusius longeq; diligentius tractabuntur. Verū dum breuiter, atq; dilucidè repetit quę de sensibus disputauit, demōstrat se libro ante sæpe dicto decreuisse cuiq; animali sensum tribui oportere, quo à rebus quæ sensu carent, & inanimæ dicuntur, planè animalia separentur. Eodē loco pręterea probauit ea quæ attrectare aliqua potuissent non esse simplicia, sed composita, quin etiam in quadam talem attingendi contrectandive facultatem versari rerum mediocritate, è quibus sanè constat: sin vero nihil tangerent, neq; quicquam sentirent, neque cauere his possent, à quibus propter vim magnam lædendi opprimerentur, & extinguerētur. Sensum quendam affectum vocauit propterea quod sentiendi actio perficitur sensu prius affecto. Nos pręterea admonitos voluit, ne arbitremur cuiq; animali omnem sensum datū esse. Sunt enim duo, quibus omne animal fruatur necesse est, & tactus & gustatus. Tertiò enim libro de anima cum finem dicendi facere voluisset, nullum animal tactu orbarum viuere posse censuit. Cum enim tactus corrumpitur, ea quoq; elementorum admixtio mediocris & temperata frangitur, in qua vita tanquam in suo præsidio consistit. Gustatus item cum sit tactui germanus & iudicandis sumendisq; esculentis & poculentis necessarius, ad vsum vitæ peropportunus est, siquidem nullum animal viuere sine pastu & esca potest. Est enim sapor eius partis affectio, quæ sanè in nobis posita gustatus appellatur. Nam hic sensus habitat ea in parte qua ipse saporē primū percipere quæat, deinde nos ali valeamus, qui etiam ab eodem sapore mutatur, et afficitur. Hic enim est, qui nobis dulcia iudicandi per instrumentum quod lingua est, facultatem affert. Hoc nimirum mirabili gustandi instrumentum à sapore mutatur, primū sentit, deinde & gustat, quæ vbi Aristoteles aperuit, & decreuit gustatui munus iudicandi dulce atq; amarum, quibus vescimur causam attulit, quoniam sapor est eius partis affectio per quam percipimus, & sentimus eorū quibus fruimur genera. Quapropter nobis est sapienter dictum gustatus officium esse cum afficitur internoscere dulce ab acerbo. Nam pars, in qua sita est gustandi facultas in nobis collocata cum à re quæ gustari potest, afficitur: cibum dulcem, atque amarum dijudicat, atque discernit, quo alimur. Scriptum quoq; horum verborum loco. Eius partis affectio quæ vim gustandi obtinet hoc fuisse. Eius partis affectio in qua situm est alere opinor, & si scripturā hoc modo lectitaueris: hunc eius sensum esse intelliges. Sapor est eius virtutis facultatisq; affectio, cuius ope aluntur animalia, quę etiam facultas à sapore afficitur. Sed me quidem Hercule absurdum esse dixerim vim altricē à saporibus permutari, atq; afficiq; quod idipsum nihil aliud est, quam saporem sentire. at interaltricem, & sensitricem facultatem non parum interest. quocirca censeo rectius legēda esse verba, vt scripta inuenimus, in quibus nihil est, quod ad vim altricē pertineat, etsi Asy alius eo referat saporem, vt affectio facultatis altricis dicatur. Nos vero, vt censuimus scriptumq; rectius fuisse duximus, ita legēdum volumus, quoniam est sapor quędam gustatus affectio. Prætereà circumfertur alia in hunc modum scriptura. Et omnino sapor est facultatis gustandi, quæ altrix est affectio quædam in qua descriptione, quasi genus collocatur hoc facultatis gustandi, velut vero differentia, quod sequitur, quæ altrix est At hæc descriptio nihilominus à verò abest, quoniam sapor dici non potest facultatis gustandi, quæ altrix est affectio, quod altrix non est sensus sed gustandi potentia est sensus. Hęc itaque scriptura complectitur ea duo quæ superiores separatim continebant. Tactum itaque & gustatum concludamus sensus esse, qui cunctis animantibus sint communes, reliqui verò tres qui sua munera per quædam media obeunt atq; exercent, non cuiq; animali (vt tertiò quoq; libro de anima scriptum est) communes existunt, at hi tamen (vt eodem loco conclusum est) ad eorum incolumitatem, & custodiam animalium conferunt, in quibus collocatur. Ea primum animalia quæ varia mutant, incoluntq; loca, ne gradiendo aut mutādo loca, offendant aliquod noxium vitęq; inimicum, videant oportet. Deinde odorent, vt pastum præsentiant necesse est. Quinetiam strepitus comprehensio ad vitam tuendam magnum præstat adiumentum. Sunt enim non pauci animalium rumores strepitusve, qui necem vel perniciem inferunt. Hos vbi præsenserint animalia, cauēt ne in hostilia inimicaq; incurrant, imò animantia belluęq; solent mutuas insidias audito strepitu, quem accedendo, vel recedendo, vel etiam si desteterint ædunt plerunq; cauere, ferè autem semper animaduertere. Sonitu item comparandi cibi copiam viamq; habent, & cognoscunt. Multa porrò animalia quæ vtpotè carnibus vescuntur, strepitu, sonitu, voce discernunt atque obseruant ea, quæ nimirum inuadere arripereq; possint, & hac sanè solertia machinationéue mutuas parant insidias seseq; obseruant. Et ne hoc longius faciam sensus omnes cui dati sunt animali, ad eius sanè custodiam, & salutem videtur tributi quorum nōnulli ad discendas disciplinas suscipiēdasq; optimarum rerum studia his prefertim vsui magno sunt, quibus innata est facultas discendi atq; insitus amor. Quapropter his non solum peropportuni ad vitam custodiendam, & conseruandam dicuntur, verumetiā ad bene beateq; viuendum necessarij, quod quidem ostendit his verbis. Nam multam rerum varietatem magnumq; discrimen nos velut internuncij docent, è qua varietate, & rerum intelligendarum & gerendarū scientiam videmur adepti: quæ potissimum de aspectu, et auditu (quemadmodum paulò infrà monebit) dici videntur. Constat enim rei cuiusq; gerendæ diligenterq; spectandæ fundamenta atq; initia, & rerum pęne omnium differentias ab horum sensuum perceptione ducenda sumendaq; esse. Nam rerum aspectabilium varietas simul ac primum ab aspectu percepta est, mentem animumq; nostrum eo rapit, vt lumen, & tenebras, id est diem noctemq; comprehendat: vnde mundi harumq; rerum architectum & opificem studium cognoscendi ad mortales manauit. Plato proinde cum de mundo grauiter disputasset deq; vicissitudine rerum sermonem fecisset, hoc vnū tradit, homines principio cum eā suspicerent quæ diem noctēque efficerent, numerandi disciplinam inuenerunt, numerorumq; naturam contemplati sunt, cumq; lunæ luminum varietatem aspicerent eandem recipere lucē à sole, minimeq; lumen esse illi proprium cognouerunt. Videntes item astrorum, motuum, magnitudinū

interualla & varietatem, ex his cum hæc vtpote communia aspectui atque alijs sensibus obiecta cernerent (Nam omnium corporum magnitudines, motus, numerus, figuræ ab aspectu percipiuntur) cumque singula corpora aspicerent quod colorata sunt etenim cómunia obiecta a sensibus per propria & cum proprijs percipiuntur. idcirco auditus vna cum sonitu magnitudinem, ac numerum, & motum exaudit. cum item cætera aspectabilia, motusq; siderum ratum & constantissimum ordinem, ac cuiusq; rei magnitudinem, & excellentiam admirarentur, & suspicerent: harum sanè rerum contemplatione ad inuestigandum numen, & primam causam sese contulerunt, quæ esset tanti ordinis reuolutionisq; tanquam moderator & architectus. Prætereà ad actiones bumanas quodam modo nos instruunt, actiones enim à singulis hominibus aguntur qui sanè sentiuntur & videntur, & cum ex actionibus experientia uascatur, plurimum sanè prudentiæ videntur adepti, tum precipuè, cum diu multumq; in eisdẽ negotijs versati sumus. Cum enim rerum quæ sentiuntur varios casus, pluresq; euentus obseruauimus, successusq; aduersos & prosperos animaduertimus sæpe, tum quandam de his opinionem atque disciplinã videmur consecuti. Quapropter ex ipso facto sæpe rerum periculo quid primum fugiendum, cauendum, vitandum sit, quidq; contra prosequendum, eligendũ, suscipiendum cognoscimus, deinde à nocentibus refugiendum, & vtilia prosequenda ducimus, è quibus rerum futurarum consilium capimus. Aspectus preterea pulchri honestiq; & turpis cognitionem nobis magnam affert cum enim turpia cernimus, hæc odio habemus, contra vbi honesta, pulchra ornata quidam contuemur, meliora iudicamus, hæcq; laudamus sæpenumero, probamus autem interdum. Restat ostẽdere auditum cum ad humanas actiones, tum etiam ad rerum disciplinam se non minus præstare adiutorem, siquidem exaudiendo rerum scientias comparamus. Quòd si conferas aspectũ cum auditu cupiens intelligere vter nobis vtilior sit, cum vterque ad rerum gerendarum & percipiendarum disciplinam conferat, satis tibi factum esse per ea verba scias velim, quibus aspectum ostendit esse indicem earum rerum, quę ad vitam cuiusque animalis tuendam sunt necessariæ. Etenim oculi nos monẽt, vt seruemus salutaria, recusemus & vitemus noxia & aduersa at auditus tamẽ maiore tibi erit adiumẽto, si erudiri beneque educari optas, idq; non suapte natura facit, quando rerum historiam atq; disciplinas non audiendo primũ percipimus, sed primum sonitum audimus, qui cum oratio profertur magistri, deinde quid velit & docet exaudimus. Cum ergo hic sensus primum per se, vel suapte natura sonitum audiat, orationem verò non per se percipiat, sed quia cum voce strepituq; coniuncta est, iccirco aduentitio modo auditus ad perdiscendas disciplinas confert. Aspectus ergo ad opportuna vitæ suapte natura maius nobis commodum affert, quam auditus, sed ad rerum cognitionem vtilior est auditus, non tamen suapte natura. Hoc ita esse vt explicauimus, his verbis monstrat. Nam multam rerum differentiam magnumq; discrimen &c. quod quidem faciunt oculi, propterea quod corpora omnia quę ab illis cernuntur colorata sunt videnturq; propter colores, sed non sunt colores per se. Hi ergo cum videntur, in causa sunt vt, salutaria capessere studeamus, vitemus autem & fugiamus nocentia colorum permultæ sunt differẽtię. Cum itaq; aspectus sentiat corpora propter colores. erit quoq; obiectorum cõium particeps, quæ enim sentimus, in corpore inhærent. Nam magnitudo figura, motus, numerus in corporib' primo, propriẽq; reponuntur, & insunt, quæ cum numerari possint & comprehendantur, numerus quoq; percipitur. Quę numerantur, sentiri queat, & cum colore prædita sint sub aspectu cadunt. Sed cur immoror, hic sensus coloris comprehensione magnitudinem, motum, figuram numerum comprehendit. Et quo reuocetur oratio, vnde manauit: Aspectus est index plurimarum differentiarum qua de causa vsui magno est cuiq; animanti, vt vtilia frugiferaq; persequatur, & à nocentibus, & pestiferis refugiat. Auditus verò cum rerum exiguam varietatem explicet atq; indicet, quoniam sonitus differentias solum patefacit permultis sanè audientibus, erit quidem vsui, sed non magno. Quod si aliquibus prodest, tum verò his maximè, qui vtuntur ratione, possuntq; differentias sonitus internoscere. Potissimũ itaq; is sensus vtilis est hominibus quod vocis signa comprehendunt. Cum enim oratio disciplinæ causa sit, & exaudiri soleat. Nam est certus quidam sonitus, vel cum sonitu coniuncta, quo fit vt auditus orationẽ non suapte facultate capiat, propterea quod aures non excipiunt ictum orationis, sed sonitus qui cum iuncta est oratio, accidit auditui & disciplinæ & contemplationis sit causa, sed quonam modo auditu disciplinas consequamur explicat, propterea quod oratio quæ auditur è nominibus constat quæ sunt notę & signa rerum, quoniam sunt voces significãtes animi notiones & affectus. Sed ne mireris Aristotelem orationem è nominibus coagmentari dixisse, etiã verba pręter nomina ipsi adhibemus, quando quidem ex his componatur ocatio. Quod verò non suapte natura auditus orationem capiat, vel ex eo liquet, quod audimus eos etiam, qui non easdem literas proferunt, neque easdem formant voces, at eorum tñ orationẽ non percipimus. Non.n.audiendo percipimus, et intelligimus, sed auditus ope, videmur cõsequi quod profertur. Sed fortasse texenda est hoc modo Aristotelis oratio, cũ sit oratio disciplinæ causa, aduentitio sanè modo, sed non per se auditur, quoniam oratio suapte natura auribus non percipitur, sed quia coniuncta est voci. Postremò ad rerũ scientiam vsui magis esse auditũ quam aspectum hoc signo demonstrat, quoniam qui ab ortu vtroque sensu orbati aspectu videlicet & auditu sunt, cæci nimirum aptiores idoneiq; magis videntur ad intelligendum, quàm surdi, quasi videantur surdi causam amisisse qua discere potuissent. Hoc loco surdos vocat qui omnino auditus facultate priuantur, quoniam sunt qui interdũ non audiunt, facultatem attamen retinent audiendi. Veruntamen si qui surdi mutiq;, extiterint, ij quoque Diuinicus dicis.
auditu careant oportet. illud quoq; admonere nõ pretermittam ad inquisitionẽ rerum, & peruestigationẽ veri aspectum vtiliorem auditu esse, sed ad perdiscẽda præsertim illa, quæ iam inuenta sunt, contra auditus longè oculis præstantior vtiliorq; est.

Sed cum supra de cuiusq; sensus facultate nobis disputatum sit, nunc potissimum peruestigabimus in quibus suapte natura illa sita positaq; sit corporis sentiendi instrumentis. quod cum certi homines quærerent cuiq; elemẽto suam ascripserunt facultatem, sed vbi maiorem copiam sensuum, quam sint elementa inuenerunt cum illos quinq; & elementa quatuor solum cognoscerent, de quinto sensu magnopere nutant. Omnes porrò igni aspectum cum nesciant cuiusdam affectus causam afferre tribuunt. Si enim oculus perstringatur moueaturq; ignis emicat. quod potissimum circunfusis tenebris fieri solet, aut si palpebræ quæ supra, texerint infimas claudentes pupillas, quod etiam fit in tenebris. At vero hic affectus aliam dubitationem affert, quoniam si res quę cernitur non latet eum qui sentit & videt, seipsum oculus cernat percipiat ve oportet. Sed cur oculus dum quiescit seipsum non cernit? Quocirca hinc petenda est causa cum illius affectus tum dubitationis, & cur ignis quidã elucere videatur. perpolita enim Tex.4.

tum

tum maxime noctè emicāt, quæ tamen nihil luminis emittunt. Oculorum autem ea præsertim pars, quæ in medio sita est, & nigrū oculi vocari solet, lenis est & perpolita. Diluitur quoq; dubitatio quoniam agitato oculo fulgor apparet, propterea quod tanta est motus celeritas, vt quod est vnū, duo fieri videatur, & quod cernit esse ab eo quod cernitur differens. Quamobrem fulgor ab oculo nō mittitur, nisi quando celer tenebris circunfusis motus fuerit. Quoniam lenis est cum terras nox opacat, tum ei maximè quemadmodum aliquorum piscium capitibus, & sepiæ atramēto naturæ inditum est, vt fulgeat, & quia si tarde motus oculi absoluatur quod est vnum, non poterit vnum, simulque duo v deri, cernens videlicet & quod cernitur. Verum si celeriter oculus agitetur oculus seipsum cernere poterit quasi redij ab oculo emissi retropelli, reijcique in aspectum dicantur.

Com.4. De sensu illi dicendū esse qui de cōmunibus vitę animātumq; actionibus verba facturus est, cum hæc oratio illi de anima annexa sit, perspicuū est Actio enim quæ existit maximè omnibus cōnis animalibus sensus est. Præterea sup:à commonstratum est singulas actiones communes vel per sensum, vel cū sensu perfici, qui sanè, vt cæteræ actiones cum corpori tum animæ tribuitur, At verò nunc libro primum de anima de sensitrice facultate sibi disputatum fuisse nos meminisse vult, quocirca vidètur causam afferre, cur eam disputationem repetere nolit. Deinde refert sibi sumendam esse orationē de corpore illo præsertim, per quod sensus exercetur. Hoc autem vocant instrumenrum sentiendi. Orditur porrò ab his, qui cum de sensibus disputassent, quemq; ex suo corporato elemento constare fatebantur, Et cum ij sensus quinq; existere comparuissent, nec potuissent numerum sensuum elementis quatuor, ou indoquidem illi quinque sint adaptare assignoreq; de quinto admodum laborauerūt ex quo videlicet corpore constare diceretur. Quæ sanè verba vel contra Platonem in Timæo, vel contra Pythagoreos dici videntur. Nam in timæo de odoratu deque odorum genere dicitur illud mixtum esse, & constare quasi e duobus generibus. Cum enim aqua in aerem conuertitur, & reciprocatur, quando videlicet aer iterum mutatur in aquā: odor ex eo efficitur, quod quidem medium est inter vtrumq; elementum. Quo certe modo odoratus quintus sensus dici poterit, de quo tota erat veterum controuersia. Etenim igni aspectū tradiderunt, aeri auditum, aquæ gustatum, terræ tactū. Et quanquam de cæteris sensibus varia esset opinio, vno tamen consensu ferme omnes ex igne aspectum concretum coagmentatumq; censuerunt: siue instrumenta sensuum ex elementis constitui voluerint, siue aliter de sensibus senserint, et disputarint, quàm de instrumētis. Sed vnde eorum fluxit opinio, narrat. Veteres enim cuiusdam affectus ignoratione, qui in aspectu inesse interdum solet, hunc ex igne constitutum affirmant. Affectum vero explicat dicens. Si enim oculus perstringatur moueaturq; ignis emicat, cuius contrariam sententiam quasi oraculo expressam adiungit quoniam non ignescit oculus, nec fulget propterea quod igne admixtus compositusq; sit. Nimirum fulgor ab oculis apparet exire vel si nox terram opacauerit, vel palpebræ supra collocatę infimas texerint. Hoc etiam modo tenebræ claudentibus palpebras efficiuntur. At verò dices vnde hæc aurea sententia nata est, vt credatur circunfusis tenebris aspectum micate: Locum depromit dicens. Perpolita enim tum maximè noctè emicant. Vnde alia quoque nascatur dubitatio dicit. Si enim oculus perstringatur moueaturq; ignis emicat, ex quibus verbis ostendit oriri dubitationem siuè fulgor ab oculis prodire videatur, siue nō videatur Hanc vero dubitationē adducit ne in posterū in dubiū vocaretur quod dubitat. Nā rogari potuerūt, cur compressis muruo palpebris atq; cōstricto oculo ignis promicet. Sed quā huic addat dubitationē si desideras, hāc esse scito. Si nemo est qui sentiēdo & vidēdo se lateat ne videre videatur, & nihil videat: Aspectus enim videt quo tempore etiam ille est qui cernitur. itaque seipsum videt, seipsum cernit. Nihil enim eo tempore præter se occurrit aspectui. Quod si quis dubit aspectum seipsum percipere, seq; cernere merito quis addubitabit, cur oculus non agitatus, neque constrictus seipsum non cernit. Adde quomodo seipsum sentire poterit cum sensus ad aliud referatur, & alterius causa videndi sit collocatus in corpore. Quæ vbi addubitauit cum hoc dubium cur ignis exire ab oculo appareat, tum illud cur compressus atq; agitatus, et minimè si quieuerit, seipsum cernat, diluit. Proinde dicit. Quocirca hinc petenda est causa cum illius affectus, tum dubitationis, & cur ignis quidam elucere videatur, & omnino cūr oculus aspectusq; ex igne coagmentatus esse dicatur. Quæ vbi expressit deinde soluit dubitationes hunc sane in modum. Perpolita enim tum maximè noctè suapte natura emicant, quanquam lumē nō emittant, neq; vicina illuminent. quod etiam libro de anima explicauit hoc ferè modo. Quæcumq; enim opacatis locis tenebrisq; circunfusis cernimus, per quę tamen alia non est videre, hęc nimirum ipsa emicant splendentq; sed alia minimè illustrant, nec lumen longè producunt. quo in genere ponitur ea quidem oculi pars quæ in medio iacet atra, quæq; pupilla vocari solet. Est illa inquàm lenis politaue adeo, vt splēdere micareq; videatur. Tenebricosa.n. videntur perlępe, quoniam lenia sunt. Annectit illud etiam, aut si palpebræ quæ supra texerint infimas claudentes pupillas. Tum enim tenebræ etiam existunt. Id quoque fit si oculus cōnstringatur & agitetur, nec quiescat. Diluetur etiam illa dubitatio quam ipsi adiecimus dicentes sensum ad aliud referri, inquam corpore collocatum alterius videndi causa, si expoluerimus quonam modo oculus cum vnus sit, duo videatur esse. Aspectus porrò donec quiescit, & occlusus manet vnus est, nihilq; videt, sed vbi agitatur et perstringitur celeriter quanquam vnus sit, duo tamen tum esse apparet videlicet ille qui cernit, et qui cernitur. Etenim cernitur dum agitatur, cernit autem simul ac primum redierit natura, vnde cœpta est agitatio. Emicat fulgetque agitatus quo tempore cernitur, sed minimè cernit propterea quod vnus atq; idem est perquem aspicimus, & non est id quod videmus. Verum quando celeriter deducitur, & ad eundē reuertit locum à quo cœpit agitari, ob celeritatem prę cipuè cernit, & cernitur percipiens fulgorem, quem misit agitatur propter agitationis celeritatem, & cernit tum seipsum quasi alterū, idq; propterea fit, quod non eodem in loco manet, sed alius est locus vbi fulgor apparet oculo agitato, & alius est ad quem peruenit, quem fulgorem vt videat intra palpebras occlusum aliam lucem non desiderat, sed ille idem cum sit in pellucido sui cernendi causa est. Quòd si nos roges cur semper non videatur ille splendor cum semper palpebris contineatur, curq; oculus itidem se non percipiat cum sibi semper presto sit, illud in promptu est dicere quod non videtur semper ab alio effici, sed quando agitatur ob sæpè memoratam celeritatem motus duo ob fulgorem videntur vnum ipsum pellucidum, alterum verò id quod est in ipso pellucido. At quæso dices tu fortasse, responde, cur pars illa oculi quæ in medio sita est non percipitur videturq; noctè ab ijs, qui intuentur cum fulgeat, vt cætera solet quæ emicant & splendent, quorum nonnulla velut piscium aliquorum capita, & sepię atramentum Aristoteles meminit, & nos oculos addimus leonum, lepusculorum aliorumq; animalium,

malium. Quinetiam lãpyridæ cicidelæve fulgere videntur. Quocirca dicendum esse arbitror ne pupilla ab alijs aspicientibus cernatur illud esse in causa, quoniam pupilla tegitur quibusdã mẽbranis primis atq; vestita septaq; est ita, vt ab alijs cerni nequeat. Oculi vero aliorum animalium nõ ita aciem pupillamq; in tegumentis quibusdam munitam habent. Neq; oculi omnium leonum æquè fulgent. Qua de re itaq; hactenus. Sed forte alicui videbitur admodum captu difficile illud, eundem oculum ob celeritatem agitationis duo fieri, illum qui cernit, & eum qui cernitur, quasi alter atque alter oculus fiat. Si enim dum agitatur oculus & transfertur pupilla, fulgor aliquanto temporis spatio permaneret, & quædam alia pupillæ pars pellucida esset quãdo acies pupillæue esset in alio loco: tum fortè verisimile foret, vt oculus cerneret simul ac primum ad suum reuertisset naturalem locum, vbi perciperet fulgorem adhuc permanentem qui fiebat eo in loco vnde pupilla transferri cœpit. sed hoc fieri nequit, quoniam cætera alia quæ fulgent vbi primũ arcentur remouenturq;, fulgor deficit, quod etiam fit non solum in his quæ promicant, verumetiam in omnibus quæ cernuntur, quod nullus color in pellucido imprimitur sic, vt dum mouet aspectum cernentis perspicuum afficiat, quinetiam nec lux initio recipitur à pellucido vt affectum fit. Nam illico lux deficit perspicui remoto illustrante corpore. Quod si hoc in omnibus compertum est quo igitur pacto pupilla simul ac redierit ad locum suum vnde egressa est, idq; celeriter fulgorem percipiet, qui in ea inest, & cum illa simul transfertur? Quemadmodum enim illa in eodem loco simul esse atque nõ esse nõ potest, etsi celeriter agitatur, ita fulgor qui in ea inest, & ab ea proficiscitur, nõ poterit videri quasi in alio collocatus sit loco. Huic dubitationi hoc modo cẽseo occurendum esse. Cum cietur oculus, non est existimandum tum aspectum duo quædam velut perfecta integraq; fieri, neq; vt idem solitarium dicatur esse id quod cernit, & quod cernitur simul, sed potius quando ita moueretur, vt non totus prorsus a se distrahi remoueriq; neq; omnino manere suo in loco naturali videatur, immo si ita educeretur agitareturq;, vt quod in suo relinquitur loco adhuc videri possit, quoniam occurrit pupillæ indirectum ad palpebras quæ agitantur & perstringuntur eo in loco vbi primum fulgor percipitur, quod fit quando pars vna pupillæ dimota è suo loco quasi alia effici videtur. Tum enim videt partem suam tanquam alium locum obsidentem præter naturam, quæ cum esset ea quę cerneret, posteà cernitur è suo mota loco. Quamobrem aspectus non fit, ita duo, vt perfectè alter sit qui cernat, & alter qui cernatur. Potest item illud dici pupillam vniuersam totum suum situm naturalem mutare, sed cum reuertitur ad eundẽ locum prior pars, cum pupilla non sit indiuidua per quam cernimus, fulgorem succedentis partis potest percipere. Cæterum crediderunt hæc reciprocari ignẽ micare, et quod micat ignem esse, in quo maximè vno errant, quoniam perplura emicant, & splendent quæ veluti paulo ante memorata ignis non sunt. Verba vltima hæc, Quasi radij ab oculo emissi retropelli reijciq; in aspectum dicantur, retulit, perinde ac dixisse voluit: Perinde sese oculus cernit dum constringitur, cietur, ac fieri solet in speculis. et in omnibus his, quæ se cernunt dum retropelluntur idola vel imagines, vel radij. Etenim in his qui est vnus velut duo efficitur, alter qui apparet in speculo, & alter à quo proficiscitur apparitio illa atq; emphasis, qui sanè est cernens, & videns. Demum oculi aciem, & si non prorsus in eodem persistit loco, cernere posse aliquid Strabonũ testimonio comprobamus.

Tex.5. *At verò si quemadmodum cecinit Empedocles, et in Timæo testatum reliquit Plato aspectus ignis esset, cernendiq; sensus ita fieret, vt ab oculo tanquam è laterna lumen exiret, quamobrem aspectus in tenebris seipsum nõ percipit? Sed omnino leuis est illa Timæi defensio cum lumen exiens tenebris extingui asserat. Quænam illa esset luminis extinctio? Calor enim, & siccitas in humido, et frigido quemadmodum carbonum ignis & flamma restingui solet, quorum neutrum lumini exeunti obesse videtur. Quod si obest & quia paulatim restinguitur, idcirco nos latet illud extingui, saltem die dum aqua cernitur lumen exiens ab oculo extingui oporteret, quandoquidem flamma igneaq; corpora contrarijs extinguuntur sed ad hodiernum vsq; ad diem hoc accidere, à nemine obseruatum est. Quo ad Empedoclem attinet ex his versiculis, quos cecinit, existimasse videtur tum cernere animalia quãdo lumen quoddam egreditur (quemadmodum supra memoratum est) ab oculo, Hæc itaq; cecinit.*

Ac veluti prudens hyberna nocte viator
Lychnum flagrantis fulgorem præparat ignis,
Arceat vt ventos ex omni parte frementes,
Laternam accendit qua retropellitur Euri.
Spiritus efflantis tum quanto limite fertur.
Exiliens lumen radijs loca senta relucens.
Indomitis, adeo vis magna, emanat ab ignis
Sic ille antiquis cœlesti è fomite nobis
Ingenitus qui membranis includitur ignis
Pupillam velis subtilibus vndiq; tectam
Continet, & miris communit viribus orbem:
Queis circumlabentis aquæ circundata sedes
Concaua & alta fuit, sed longè acerrimus extra
Dissiliens ignis pernicibus emicat alis.

Hoc itaq; interdum modo cernendi sensum fieri duxit Empedocles, interdum vero quosdam defluxus inuexit. qui vbi à rebus quæ cernuntur manarint, animalia vidẽt. Democritus autem quod aspectum aquę tribuit in hoc ipso bene sentit sed in eo peccat, quod cernendi functionem quandam rerum imaginem credidit. Nam vt quædam in acie oculi cernentis aliqua impressa sit imago, vel ex eo maximè accidit, quod oculus lenis est deinde actio cernendi in eo qui aspicit collocatur, & minimè in ea suprà memorata imagine, siquidem hæc affectio quędã sit reflexio. Sed tum cum hæc dicebat Democritus, imagines & reflexiones (vt videtur prorsus ignorabat. Præterea absurdum est quod illi hæc dubitatio in mentem non venit, cur ea, in quibus præse sunt rerum imagines nihil cernunt, sed solum oculus aspicit.

Cum sit causa eius affectus patefacta qui oculo agitato fit, vnde veteres moti aspectum igne esse existimauerunt, nunc istuc ipsum refellit, & cum Empedocle, & Platone pugnat qui cum aspectum ex igne coagmentatum tum etiam cernendi sensum perfici tradiderunt, quando ab oculo prodit lumen perinde acie quadam laterna exiret. Quod si aspectus ita, vt dictum est cernit, quid circunfusus tenebris non intuetur, quãdoquidem luce diffusa cernit? Equidem in tenebris emicans pupilla lumen quod emittit sibi efferret. Quę vbi dixit, causam exprimit quam Plato afferebat, cur oculus in tenebris non cernit, & hanc leuẽ futilem ve esse ostendit. Cum (inquit) porrò lumen quod ab aspectu egreditur, si tum dies illuxit dũ progreditur lumini externo occurrit, quo cũ admiscetur & seruatur, & quia idem lumen ei quod promicat ab aspectu cognatum est, idcirco die cernimus, sed quando nox terras opacauerit, & fusæ vbiq; tenebræ fuerint, tum lumen idem ab oculo prodiens extinguetur, propterea quod offendit tenebras cum quibus nulla sibi intercedit coniunctio. Sed quæ in Timæo à Platone elaborata sunt, commemoremus. Eo sic Inquit in loco. Ex igne qui non vrit, sed suam lucem diffundens diem efficit, cor- Com.5.

pus quoddam illi simile condidit. Nam externum lumen huic oculorum intimo germanum & purissimũ per oculos fluere Dij voluerunt. Hic præterea lenis & congestus quamquam totus sit huiusmodi, tamen illũ in medio positum oculorum concretum fecerunt, vt alter eorum cum crassior esset, vniuersum coerceret, & in angustum reduceret. Cum ergo solis lux illustrato die cum ea, quæ per oculos fluit sibi cognata admiscetur, unum ex vtraq; luce conficitur luminis corpus aciei accommodatissimum, idq; tum maximè quando externa lux exeunti obuiam venerit. Hoc itaq; vniuersum concretum propter cognationem eodem modo affectum cum aliud quicquam attingit, vel agitatũ ab alio tangitur cũ penetret per omne corpus vsq; ad animam cernendi sensum efficit. At quãdo idem oculorũ ignis obscuratis locis in tenebras inciderit extinguetur radius, qui ab oculo egredit. Itaq; fefellit hoc ostendens lumen exiens extingui non posse. quod quidem facit his verbis. Quænam esset illa lũminis extinctio? Calor enim, & siccitas idest ignis quemadmodum carbonum, & lignorum ignis & flamma suapte solent natura humore & frigore extingui, quorum neutrum lumini obesse videtur idest nec flammã nec ignis carbonis. Quod si lumẽ nec flãma, nec ignis est instar carbonis, neq; à frigore & humore extinguetur, vel quorum neutrum lumini obesse videtur, idest nec humor nec frigus, à quibus ignis extingui solet. Vel hoc etiam modo dixerim, & accuratius quæ carbonem extinguunt, & flammam humectæ sunt naturæ & frigidæ. Sed in tenebris nec humor nec frigus inest à quibus restinguitur ignis. Quòd si quis repugnarit dicendo, imo radius ab oculis exiens restinguitur, verum id nos latet propterea quod sensim extinguit in tenebris & suapte facultate deficit, ab eodem petendum est, cur die non extinguit in qua ob humorem, vel in locis abditis qui presertim frigoribus conglaciãt, in quibus solent valẽtiora & fortiora restingui, & tamẽ hæc loca sunt tenebricosa. Videmus enim incensos carbones & flammã extingui, sed nondum animaduersum est radiũ ab oculo proficiscentẽ in aqua & tenebricosis locis restingui, & tamen debuisset extingui. Quare si non extinguitur radius, neq; exit ab oculo. itaq; non cernimus cum aliquid emanat ab oculo, quod Timęus asserebat. Tenebras autem nec gelidas esse, nec humidas liquet vel ex hoc maximè, quoniam loca etiam quæ recalent & arida sunt, non minus tenebris opplentur, quam his contraria. Adde si propterea cerneret animal, quod lumen prodit ab oculo quę in aqua sunt, vel vitam degũt non viderentur quoniam fulgor ille, vel lux ab oculis egrediens non potest per aquam penetrare quin extinguatur. Pręterea verisimilius longę est, vt lux ab oculorum acie missa cum pertenuis, perq; exigua sit die potius quam nocte, & tenebris circunfusis extinguatur. Nam obseruatũ nobis est exiguũ ignem perq; paucũ lumen ab vberiore restingui vel corrumpi, quãdoquidem eorum lux delitescat die, quæ nocte fulgent, & lucent. Quamobrem animalia nocte potius, quam die cernerent, si propterea data esset animantibus cernẽdi facultas, quod lumen ab acie oculorum emittitur. Sed redeat vnde manauit oratio. Postea quam eo reiecit argumẽto supra memorato Platonis opinionem, sese ad Empedoclem conuertit, qui cernendi causam interdũ cecinit lumen esse, quod ab aspectu (vt supra diximus) emittitur, interdum autẽ quosdam fluxus introduxit qui à cernendis rebus proficiscũtur. Primũ porrò eius carmina recitat, in quibus sensisse lumen ignem esse visus est, qui ab oculis emanat, & mittitur extra, atq; hoc modo cernere animalia credidit. Suis enim carminibus lumen ab oculis agrediens quam simillimum facit luminibus lychnorum. Qui enim nocte iter facturus est, is solet lychnũ lucernãq; adaptare & intra laternã

ponere, quę ita componitur, & conficitur vt lumen intra positum à ventis tueatur, & defendat, & cũ sit subtilissimũ, foras exire queat: eodem quoq; modo tradit ignem illũ, qui membranis tanquam vestibus quibusdam vestitus et septus est, in acie oculorem se habere, quandoquidem vestes illæ et tegumenta reprimunt ac centũ; ea omnia, quæ obductũ ignẽ consumere et pupillam lædere possent: at fulgor tamen ignis cũ sit subtilissimus non impeditur ab his pugnaculis aciei quin exeat. Empedocles laternas dicit, quæ ventorum flatũ arceant atq; prohibeãt, & tegãt ignem qui vestibus, & membranis continet, vel dicit laternas quæ prohibeãt, idest densas quæ propter dẽsitatem auram vehementẽ repellant. Ignem preterea refert exilire, quoniã ob exiluitatem sese vndiq; porrigens per vestes densas egredi potest. Pauimentum autem dixi orbem cœlumve. Homerus sic proinde cecinit.

Disiecit pedem extendens à limite diuino.

Toto ferebar die vna cum occidente sole.

Præterea (vt poetæ solẽt) vsus ẽ in hoc carmine velis pro vestib[9], & pellib[9] quib[9] pupilla obducitur, & tegit.

Pupillam velis subtilibus vndiq; tectam.

Continet & miris communit viribus orbem.

Quę vbi recitauis Empedocles adiecit eundum interdum ad antedictum modum cernendi sensum effici dixisse, interdum verò quosdam defluxus inuexisse qui à cernendis rebus manarent vsq; ad aspectũ, & cũ aditus oculorũ eisdem paterent & opplerentur ab eisdem quoniam æqualis dimensionis sunt aditus, & defluxus, tum cernebatur. Hanc sententiam fuisse Empedoclis Plato etiam testatur, quandoquidem tradat illũ definiuisse colorem esse quendam defluxum qui à corporibus veniant ad aspectũ, & huic bene recteq; respõdeant, & ab hoc ipso sentiantur. Reliquum patefacit explosa sententia eorum, qui aspectum ex igne coagmentatum esse arbitrabãtur: in quo Democritus errauit, & in quo rectẽ sensit. Nam eũ laudat, quia aspectũ ex humore concretũ duxit, sed cernendi eum, quem docuit modum vituperat. Nam cernẽdi sensum ratus est Democritus quamquam tetum imaginem, quam à cernendis rebus aspectus reciperet. Hęc autem imago est quædam visa species formaq; rerum in pupilla acieq; oculorum non secus quidem, ac illæ quæ videri solent in pellucidis perspicuisq; corporibus. Is sanè Philosophus & ante Leucippus, atq; Epicurus ab aspectabilibus rebus idola quædam, quæ eisdem rebus specie, & forma similia essent promanare ad aspectum credi derunt, et cum oculos ingrederẽtur, tum animalia aspicere asseruerunt, quod hac coniectura monstrarunt, quoniam semper si animalia cernere debent, in pupilla impressam imaginem cernendarum rerum retinẽt. Opinionem itaq; Democriti cõfutat causam & rationem reddens, cur presla sit Imago in acie oculorũ, quia lenes sunt, cũ lenia pene omnia suapte natura propẽsa sint, & non solus oculus, vt talem ab aspectabilibus rebus capiant imaginem. Dicit proinde. Sed in eo peccat, quod cernendi functionem quandam rerum imaginem credidit. idest quod cẽsuit imaginem visam esse causam cur cernerent animalia. Præterea annectit hæc. Deinde actio cernendi in eo qui aspicit collocatur, & minimè in ea supra memorata imagine, siquidẽ hæc affectio quædã sit reflexio, quæ breuiter admodũ dixit, ideo obscura sunt, sed quod vult illud opinor, vbi profert. Et minimè I ea supra memorata imagine, idest nec propter imaginẽ, neq; in ea ipsa consistit cernendi sensus, et functio, sed in eo qui aspicit, in eo videlicet qui cernendi facultatem habet: Imago enim apparẽs quędã reflexio, & affectio est. Vel intelligas hoc quoq; modo illa. Deinde actio cernendi in eo qui aspicit collocat, & minimè in ea supra memorata imagine, si quidem hęc affectio quædam sit reflexio, perinde dixisse

Deficit horũ verborũ contextus in Alex. impressa Græco.

In Alexd. impresso male iacebat versus, vt alia posuimus: versus primo illa in calce sunt.

xiſſe voluit. Actio cernēdi nō ponitur in viſa imagine, ſed hæc ipſa viſa imago collocaī in eo qui videt, cuius interpretationis fidem hoc ſequens verbum facit, Reflexio. Etenim viſa imago eſt affectio, quæ in oculo propterea reponitur quod lenis eſt. Apparens enim imago eſt affectio ſecundum reflexionem facta in his rebus quæ & lenes ſint, & conſiſtant ſic, vt retinere queāt formam rei viſæ, cum varie ob interſtitiū quod pertranſit vſq; ad oculum afficiatur, quo in genere eſt oculus. Quapropter cum iteratur illa viſa imago feriēs aſpectum tum dicitur emphaſis, viſa ideſt vel apparēs imago. Etenim emphaſis cum tendit vſq; ad cernentis oculum, quoniam is eſt perpolitus atq; lenis retropellitur vſq; ad res aſpectabiles, illico deinde per interſtitium, tum re ipſa actu pellucidum reuertitur ad aciem oculi. Vtitur hoc loco reflexionis nomine cōmuniter pro emphaſi viſaq; imagine quaſi vno pro alter vti liceat. Verū ne credas cernere animalia per reflexionē quemadmodum mathematicis viſum eſt, ſed per officium pellucidi, quod cum afficitur quodammodo à cernendis rebus eam affectionem deferunt vſq; ad ea lenia corpora, quæ illam ſiſtere atq; ſeruare poſſint. ꝙ ſi ad directam, & perpendiculum oculus collocatus fuerit ad rem aſpectabilem, interſtitium pellucidum iterum recipit ab oculo affectionem, quaſi à quodam alio fonte, & eam reportat rei aſpectabili, à qua initio affectum fuerat. lege quæſo eum libri ſecundi de anima locum, vbi quo cernunt animalia modo declarat. Poſtremo affirmans emphaſim non eſſe rem, quæ cernitur, ſed quandam affectionem, & reflexionem addit nihil certi, nihil perſpicui, nihil probati habuiſſe Democritū de viſis rerū imaginibus & formis, ignoraſſe preterea quid illæ eſſent, & quo orirentur modo, atq; nō modo oculos poſſe, verumetiam omnia lenia harū imaginum receptacula ſiſtere & retinere eas ipſas rerū viſas formas. Addit abſurdum videri, cur non dubitauerit Democritus cum multa ſint quæ (vt ipſe putat) emphaſes apparentesq; imagines recipiunt, quamobrē ſolus oculus aſpiciat. Quòd ſi id ſane ipſum non ignorauit, itaq; illi ſentiendum non erat, vt cernerent animalia per imagines apparentes, Sunt enim plura animæ expertia, quæ etſi viſas rerum formas imaginesq; in ſeipſis preſſas retinēt, at hæc ipſa tamen nihil cernūt.

Tex.6. *Fateor itaq; cernendi ſenſum aquæ tribuendum eſſe, verūtamen non aquæ cauſa cernit aſpectus, ſed quia illa pellucens eſt. quæ ſanè perſpicuitas aeri etiam communis exiſtit: ſed tamen inter aquam, & aerem illud intereſt, quod humor arctius longeq; conſtantius, quam aer preſſa veſtigia retinet & facilius aliquo includitur loco. Quocirca pupilla atq; oculus ex aqua coagmētari videtur, quod etiam certis operum ſignis declaratur. Vbi enim effoſſi ſunt animalium oculi, quidam humor effluens apparet. Oculi item infantium, qui è fœtu primum orti ſunt, fulgēt, & clari ſunt admodum. Quinetiam ea oculorū pars, quæ alba dicitur, modo animalia ſanguinem habeant craſſa quidem eſt, & pinguis Idq; factum eſt, ne humor ille vnquam congelaretur. idcirco inter cæteras corporis partes oculus minime riget, quoniam nullius adhuc acies, & id omne quod palpebris tegitur obriguit. Animantia vero ſanguinis expertia oculos habent pellibus duris tectos, quæ ſunt aciei tegumenta,*

Com.6. Aſſerit Democritū aſpectum dicētem ex aqua concretum eſſe à vero non diſcrepare, veruntamen negat propterea cernere animalia, quod aſpectus ſit aqua vel ex aqua commixtus, ſed ſi ad cernendum aliquid aqua confert, hoc ſane efficit, quia pellucida eſt. Cernunt enim animalia per ipſum perſpicuum, ideo etiam per aquam cum hæc perſpicua ſit. Cauſam deinde affert, cur cum aer non minus pelluceat, quam aqua, & pellucidi ope cernatur, oculus ex aqua potius ſit conſtitutus, quam ex aere. Dicit porrò quia humor aquave diutius arctiuſq; retinet affectiones, quam aer, quinetiam eo in loco quē obſidet magis diutiuſq; ſubſiſtit. Prima. Aer enim quam facillime diffunditur, & ob id arduum eſt, vt loco concludatur. Vſus eſt his verbis etiam facilius aliquo includitur loco, quę ſignificant aquam maiorem ſoliditatem habere, quam aerem, qui ſane multo facilius perlabitur, & diffluit. Alia item ratio adduci poteſt, Secunda. quoniam etſi aer ob ſuam tenuitatem pellucidus eſt, aqua tamen pellucida videtur, atq; preſſam effigiem ſeruat. Verum contenti eſſe debemus pellucido, vt cernamus, ſed ſi Democrito cedere volumus, non ſolum opus eſt pellucido, verum etiam eo, quod impreſſam rerum aſpectabilium effigiem formamq; tueri, & conſeruare poſſit. Sed (vt dixi) contenti eſſe debemus ſolo perſpicuo, ſi illa rerum cernendarū imago ad aſpiciendum nihil cōferit. Tertia ratio, cum duo Tertia. extent extrema pellucida, quorum alterum ſit rarum vt aer, alterum verò ſolidum, in quo genere ea perſpicua reponuntur, quæ proprio coercentur termino velut cryſtallum, & lapides nonnulli, inter hæc medium aqua eſt, & cum receptaculum aliquorum quæ maximè excellunt medium inter ea eſſe debeat (Quod ſi vnum eſſet extremum non poſſet alterum recipere, cum admodum vel ab illo diſcrepet, vel longe abſit) Cumq; Ariſtotele referente in cōmentarijs de anima aliquid ſit oportet, per quod ſentimus, & huiusmodi eſt aqua pellucida, merito itaque ex aqua oculus coagmentatur. Certis quoq; ſignis aciem oculi, vel pupillam aqua admixtam eſſe confirmat. Si enim oculi effodiantur, humor quidam diffluere videtur. Quin etiam humor oculorum admodum fulget infantium eorum videlicet, qui non longe ab ortu abſunt. Addo illud etiam quod cum ſcinduntur oculi, humor quidam cernitur, qui continetur his veſtibus, quibus pupilla munita ſeptaq; eſt. Præterea cur illa oculi pars alba in his, quæ ſanguinem habent, craſſa pinguiſq; ſit refert eam cauſam, ne congeletur oculorum liquor, qui eo tegitur, vel continetur loco. Quocirca oculus minime cōglaciari poteſt. Animantia ita ſanguinem habētia eiuſmodi (vt diximus) præſidium habent, ne liquor oculorum rigeat, Contra ſanguinis expertia eam oculorum partem craſſam non habent, ſed ſolidos duroſq; oculos tenent ob eas veſtes, quibus humor, quo cernitur tanquam propugnaculis munitur, & tegitur.

Perabſurdum porrò cenſeo ſi aſpectus aliquid cernit. egredi quidpiam ab acie, idq; ad ſidera vſq; pertingere, vel ad certum locum exiens cum cognato occurente vnà commiſceri oportere, quod certi philoſophi tradunt. Tex.7.

Memorata ſupra Democriti opinione ad primam reuertitur, & cum qui aſpectum ignū eſſe arbitrabatur tū cernere animalia faterentur, quando quidpiam egrederetur ab oculis: hoc ſanè ſecundum confutat, ne aliquis affirmet aſpectum igneum eſſe quod primum erat. Quapropter vbi reiectum illud fuerit ſecundum, nihil videlicet ab acie oculorum egredi dum cernitur, nullum item animal aſpicere per reflexionem monſtratum erit. Sed vt ſcias qui huius opinionis principes fuerunt, alij ab oculis aliquid exire putarūt, quod vſq; ad rem aſpectabilem pertingeret, quemadmodum mathematici exiſtimant. Nam ij radios ab oculis vſq; ad rem cernendā ſerpere vel promanare quando cernitur ferunt. Nam ex antedictis radijs conum fingūt, cuius anguſtior pars in acie oculi relinquatur, & baſis vel latior pars in re viſa conijciatur, quo ſcilicet cono res omnis viſa complectitur, & hoc modo volunt res videri quando quidem baſi vniuerſa res cernenda contineatur. alij demum lumen vt Plato quoddam ab oculis miſſum vſq; ad certum quendam locum peruenire Com.7.

aiunt, in quo cum offendat illud in aere sparsum sibi vt pote quàm simillimum cum eo commisceitur, & cum vnum ex illis duobus corpus luminis factum sit, id nimirum ipsum vsq; ad confinia ipsius aciei perducitur, & affectionem oculis defert, & illi cernunt. Quare vtráque opinionem hoc loco perabsurdam inquit, verum mathematicis nihil ob eicit, sed illico secundam opinionem eorum inuexit, qui lumen egredi ab oculis, & cum occurente vtpote sibi cognato (vt supra recitauimus) commisceri asserebant, idque eo fecit, vt refelleret eorum sententiam (quod sanè primum ei erat in animo) qui aspectum igneum esse docuerunt. Sed in mathematicos plura dici possunt. Ordiamur itaque hoc modo.

Digressio perpulchra perque necessaria.

Prima ratio. Necesse est, vt quod ab oculis mittitur, vel egreditur corpus sit, quod nulla res incorporea loca mutare potest suapte natura atq; sola, quod si quod exit, corpus detur esse, qui fieri potest, vt non debilitentur oculi, & langueant, cum aciem intendant oportet ad ea loca, quæ ab illis ita longè absunt, vt cœlum à nobis?

Nihil refert illud corpus asserere tenuissimum, quoniam tanta est interualli longitudo, vt corpus animalis quamuis magnum esset, & aliquod semper tenuissimum corpus ab acie oculorum egrederetur, consumi queat. Contrarium porrò animaduertere licet, quoniá æque tum animalia permanent sine defectu, cum cœlum, & astra suspiciunt, vt cum claudant pupillam.

Si præterea exile esse illud corpus ferût, quod emittitur, vt suam sententiam tueatur, quomodo à quouis contrario occurrente, ne facile intereat sese defendere poterit. Corpora enim exilia persacile aduersariorum ictum recipiunt.

Consistet ne contra summum ventorû impetû? declinabit ne sic, vt à recto cursu deijciatur? quare cum ita videamus flante vento, vt quando cœlum tranquillum est, valeat illud exile corpus.

Adde, subtile esto illud corpus. cur clausis palpebris per meatus non exit? quod si hoc probaueris, & dederis, cur tum non aspicimus quicquam? quod si contra negaueris videlicet tum exire, quæram quid sit causæ, quod cum radij subtiliores sint lachrymis, & sudore, quæ per angustias meatuum egrediuntur, radij cum foras non prodeant, quinetiam nulli, qui palpebras claudunt ita supremas infimis iungunt, vt subtilissimi radij nullum inueniant exitum. Etenim si radij per solida pellucida penetrare possunt, quádoquidem specialis, & lapidibus fulgentibus traijcitur aspectus vsq; ad res cernendas, itaq; per cutē palpebrarum transire poterunt.

Secunda ratio principalis. Radij egredientes secus deriuant quam solent ponè omnia, quæ cum ab aliquibus proficiscuntur, in quendam angustum locum rediguntur. Aqua enim dum fluit vtraq; serpit. etiam atq; etiam angustatur. Flamma quanto altius tollitur, cam o acutior efficitur & ad angustiam terminatur. Contrarium verò his radijs tradunt accidere, quoniam cum exeunt, latius manant, & in ampliorem locum deriuant in quo basis est coni.

Tertia ratio. Si præterea quod emititur, corpus esse comprobatur, locum itaque occupabit, & cum inane nullum sit, dum ergo cietur corpus penetrabit corpus, & duo simul eundem obsidebunt locum, im plura eundem obtinebunt, si multi vna oculos in eandem rem visam coniecerint. Quod si hoc absurdum vitare voluerint, & vnum corpus alteri cedere dederint. vt si quis per aquam aliquid aspexerit radio exeúti ab illius aspectu aquam cedere. itidem si per aerem eidem radio hunc ipsum locum dare inquiant, ab his petendum est, cur cedere hęc velint. Aqua enim quę occurenti radio cedit ab oculo recepi nequit, quádoquidem immersum in aqua inspiciamus, neq; enim aspirando aquam haurire recipereq; valemus, quoniam negatû est nobis in aqua respirare. itaq; petendum est, quod sit illud quid in aqua cedit radio excunti, neq; dicere possunt corpus per quod fertur conus, quoniá etsi quando vnus aspicit eius cono cedit, si duo & tres eandem rem conspexerint; cedat cuiq; aspicientis cono oportebit, & conus vnius cedet alterius cono, idque, mutuo. q si dederint partem vnius coni alterius parti cedere, itaq; solus ille cernet, cuius conus occupauerit eû locû in quo è regione res aspectabilis posita est, quoniá nô video quomodo illi cernere possint, quorû coni cedût vel eorû partes: sed perspicuû est illos tres eandé rem cernere. itaq; vnus conus per alterum, idq; mutuo penetret necesse est. quinetiam plura corpora vnum, & eundem locum, obsidebunt quem vnius pars coni tenet.

Quarta. 7. Phys. Accedit, q si omnis motus tépore metitur, & nulli datum sit cernere. nisi radij ab acie proficiscátur sese ad rem visam vsq; porrigêtes, itaq; spatiû téporis sumendum erit, vt aliquid videatur. Sed fieri nô pôt, vt quod cietur iátum interualli & duplû eius eodem tempore absoluat, modo eandem cursus celeritatisq; normá retineat. & tamen luce presente vicina æque, ac remota eodem temporis spatio, vel momento conspicimus,

Quinta. Quinetiá si nônulli è regione, vel è diuersis locis eádem rem contueremur & coni mouerétur, nimirú necesse esset, vt côtinuatio radiorû descinderetur, cum in eandé rem visam côcurrant, quæ si præcisa foret côtinuatio, nihil cerneretur. Sequitur quoq; idê si (quemadmodû supra locutus sum) duo e regione aduersisq; vestigijs sese mutuo côspexerint, & alter positus fuerit in côspectu alterius sic vt videre ac videri queat, certe eorû alter videri, ab altero non poterit, quoniá radij qui emittuntur ab vtrisq; oculis sese in mediû offendentes secabunt sese mutuo. q si hoc negas, itaq; radij mutuo sese penetrabût, & q supra horrebamus sequetur, ideft duo simul corpora eundê occupare locû. Sint quoq; qui è regione oppositisq; locis alter in alterû vicissim oculos conuertant, radios etiá conijciant oportet, hi vbi se offenderint, si aqua se manu & vi repulerint alteri neuter intuebitur: si verò radij vnius supera bunt alterius radios, itaque is cernet alterum à quo visus non erit.

Itē quod exit ab acie si corpus esse censeatur, vel aer erit, vel ignis. Hęc enim subtilissima sunt corporum, è qbus animal constat. Aeré ne dicas obsecro propterea qđ aer citimus vicinusq; oculis, & aciei est. itaq; temere egrederetur cú præsto sit, neq; ignem esse adsciscas velim, quoniam cú suapte existat natura subtilissimus, perq; facile mobilis, cuius vestigia supra videntur et eû petit locum, solû supera suspiceremus, at ipsi iñ qnæ cit ea nos & infra, atq; infima cernimus, nisi hoc summæ leuitatis, sutilis opinionis sustineas igné descédere, quê motû ignis subit preter naturam, & vi. adde q si foret ignis, cû in aqua extinguatur, quoná modo quæ aquæ immersa sunt, cernemus. Nec ad subtilitaté eius côfugiendû est, quoniá quanto subtilior, erit, táto citius extinguetur. Quod si igné quoq; esse tueberis, quomodo côlentaneû illi erit p oculos exite, q & pupilla ex aqua coagmentátur. Item videbitur æquè nocte vt die cernitur, imo si plures fuerint exiguo quodá in loco côclbsi vbi aeris non multû sit idé ignis illustrare aeré poterit, & videri. Leue omnino, est ac anile dicere illû restingui crassis circûfusis tenebris vt nocte fieri solent, quoniá aqua crassior densiorq; multo est tenebris, & tamén ea nô extinguitur. Quod si quod egredi aiût lumen esse, iam eos argumêto primo côfutauimus, in quo diximus nullú incorporeum egredi atq; proficisci moueriq; posse, quoniá lumen oritur & vnumquodq; illustratur, vt ei comparatum est secundû suum locum illustrari ab eo quod illuminat. quocirca lumé nô mouetur.

uetur simul proinde cernimus & vicina,& remota,cũ eodẽ tempore omnia collustrentur, quæ suapte natura illustrari possunt, qđ sanè fieri non posset,si lumen qđdam corpus esse diceretur.quare cũ videar lumen fateri quẽdam habitum & qualitatem qua corpus vnum à splendido, & pellucido illuminatur, & non naturã,aut corpus esse,id ipsum probè necesse est,quod quidẽ facio ex eo quod sublato corpore illustrãte,illico lux tollitur.Hæc igitur in eos dicerẽtur,qui sustinent id quod egredit ab aspectu corpus esse, & pmanare vsq; ad res aspectabilis.Consutabũtur eildẽ ferè rationibus etiam, qui à rebus cernendis quidpiam vsq; ad oculos fluere, quos cũ ingredit,tum cernere animalia arbitrant, Sed præter illas hæ adducant, quoniam si quemadmodum dictũ est aspiceremus, interiectũ spatium inter nos videntes,& rem visam cernere non possemus.

Præterea quomodo quidpiã vndiq; cerneretur quoniam tantũ illius videretur,quantũ oculorum acies recipere,& tantæ molis esse idola oporteret,quantã posset pupilla recipere.

Postremo laborabit vehementer oculus qui cũ sua pte natura facile afficiatur,tum etiam à tot corporibus sæpissime ferientibus perturbabitur, Sed hæc alio loco sunt copiosius disputata.Redeamus ad Aristotelem.

FINIS DIGRESSIONIS.

Aristoteles dicit perabsurdũ esse si aspectus aliquid cernit,egredi quidpiã idq; vsq; ad astra pertingere, vel ad certũ locũ exiens cum cognato occurente vna commisceri oportere, ꝗ certi Philosophi tradunt.quibus verbis cum duas opiniones patefaciat,eludit primã per hæc verba.Idq; vsq; ad astra pertingere. Absurdissimum enim est corpus ꝗ emittitur ex aspectu cernentium sese ad eum vsque locũ porrigere. Reliqua verba subsequẽtia in eos qui lumẽ exiẽs commisceri cũ cognato occurente tradiderũt scripsit.

Tex.8. *Qui sanè rectius dixißet,quã quã id etiã leue sit,si vbi primũ exiuit lumen ab oculo,cũ vicino copulari tradidissent,Sed quę copulatio & quomodo lumẽ lumini admisceri pôt? Neq; enim temere quæ res cumq; cum quauis commiscetur. Deinde quę coniunctio esse potest luminis, quod intra confinia oculorum est cum illo, quod extrinsecus existit,quandoquidem interiecta sit membrana.*

Com.8. Refert Platonem rectius dixisse,si finitimũ pupillę lumen extrinsecus circũfusum eiusdem oculorũ aciei tradidisset intimo copulari,quã idipsum ob oculis egredi, & vsque ad certũ locum alteri obuiam veniẽti sese coniungere, ꝗ his verbis significauit. Vbi primum exiuit lumen ab oculo cũ vicino copulari tradidissent.sed cur recti⁹ dixisset ? Quoniã nullo luminis ab oculis exitu opus esset,neq; vllum desideraretur interuallũ,quo res visa complecteretur, sed illud finitimũ lumẽ causa foret,cur cerneret animal. Nã īquit sine luminis intrinseci exitu,& fluxu illud finitimũ pupillæ ad cernendũ satis esse.Qui.n.aspectus cernit exeunte lumine? Deinde quid est illud ꝗ lumine externo afficitur? Etenim dici non pôt esse quidpiã ꝗ rei cernendæ formã ferat, quapropter rectius scripsisset Plato,si intrinsecũ lumẽ à vicino affici,& huic cõiũgi probauisset.Præterea scire percupio,si spatiũ vndiq; ad pupillam vsq; collucet, cur alterum exiens expetendum sit.Quod sit tenebras aciei finitimas,& lumẽ abesse aliquãtulũ asserueris vitare non poteris,quin tua secutus decreta lumẽ dicas,vbi primũ in tenebras inciderit restingui,idq; anteq̃ lumẽ offenderit, quo coniungi existimas : Quocirca lumen extinctũ valeat,q̃m nihil prodest.Cæterum ꝗ Aristo. scripsit recti⁹ dicẽdũ esse lumẽ, videlicet vicinũ pupillæ cũ interno eius cõiungi, idipsum leue inquit , cãmq; affert leuitatis: Quę,inquit, copulatio, & quõ lumen pupillę,idest insitũ externo misceri pôt?Plato enim cũ causam afferre voluisset, cur circũfusis tenebris aspect⁹ non cernat,hanc censuit,quod cum ignis ille ingenitus oculis promicãs discedẽsq; ab acie nocte ĩ sui dissimile,idest in tenebras incidat:mutaẽ,& extinguiẽ quo sanè tempore non pôt cõmisceri alteri,cũ quo sibi quædam naturalis intercedit cõiunctio , q̃quidem aer obscuratus sit atq; igne tum careat.Itaq; approbauit propterea aspectũ cernere, quod lumẽ ab oculis egrediẽs offendit sui quã simillimũ quo cum admiscetur.Id porrò ipsum idest assentiri huic opinioni approbanti lumen lumini copulari Aristo.improbat,tãquã futilitatis & leuitatis plenam,ꝗ his verbis facit.Sed quæ copulatio,& quõ lumen lumini admisceri pôt?Nam hæc copulatio, vel admixtio non pôt esse borũ luminũ tãquã quædam sit duorũ corporũ coniunctio , neq; quæ res cũq; cui timere cũq; admiscetur, sed primũ quæ admiscẽda sũnt mutuo corpora sint oportet, hac deinde necesse est , vt quadã affinitate & cognatione consentiãt inter se:quocirca leuissimũ est arbitrari aspectum,tum cernere cũ lumen ab acie oculorũ egreditur,cum propterea quod lumen dici corpus nõ licet, tũ verò,quia perspicuũ est , nullo modo vnũ lumen alteri cõmisceri posse.Animaduertere enim nobis datũ est,nullam nasci luminum coniunctionẽ, q̃ñ duo lumina à diuersis collucentibus rebus pficiscerẽtur ita,vt quãuis simul esse queant., q̃m tamen vbi ea collocẽtia à quibus ducũtur lumina disteterint , etiã hęc ipsa lumina inter se distabũt,& vnũ ab altero segregabiẽ. Si ergo qs duos lychnos duasq; faces accenderet eodẽ in loco , & vnam ab altera remoueret palã est lumen vnà remoueri cũ eo , à quo pficiscitur, ꝗ etiam ea coniectura monstratur, quoniam abeunte remotoq; vno,reliquũ multo minus est,quã ante fuisset.Sed qñ ẽs Plato dicat quonã modo perabsurdũ non est negare nos posse idem cernere sine luce ab oculis emissa,si per aspectũ & lumẽ egressum,& occurenti copulatũ cernitur. Deinde quærendum est ne illa multorũ lumina, quæ à diuersis oculis conijciuntur in idẽ vnà copulẽtur, & vtrum omnes p vnũ aspectum videãt.ꝗ si hæc negauerit Plato, velim modũ inueniat,quo ea lumina copulentur,& quonam modo copulata cuiq; aspiciẽti suũ assignare valeamus. Cũ ergo dubitasset qui fieri potest illa luminum cõiunctio,simul in dubiũ vocat quomodo pupillæ, & lumini eidem ingenito extremũ coniũgi queat.Cum enim nec oculus,nec acies cernat,siquidẽ anima sentiendi in extrema oculi parte non collocatur,sed quemadmodũ libro de anima approbatũ est alio in loco reponitur,& inter lumen aciei,& externũ mẽbrana quędam interiecta est.quomodo ergo lumẽ extrinsecus interno cõiũgi potest,q̃ñ quidẽ id ne fiat magno sit impedimẽto antedicta mẽbrana, idq; multo magis si lumẽ corpus sit ? ꝗ si hæc fieri cõiũctio nequit nisi lumẽ pupillę insitũ foras egrediaẽ, & tñ fiat oportet si nobis cernere datũ est,itaq; nihil cernemus.Hoc loco eam veste membranam vocat,qua inuoluitur,vestitur , munit acies.Itidẽ Empedocles paulo ante his verbis membranã cecinit.

Sic ille antiquus cœlesti è fomite nobis
Ingenitus,qui membranis includitur ignis.

Quare Plato rectius dixisset, si vbi primũ in ipsa regione oculi lumen exiens cũ externo iungi asseruisset, ꝗ tamen fieri nõ potest, q̃m interiecta mẽbrana vetat ne mutuo copulenẽ.Quapropter cernẽdi actio nõ efficereẽ,nullũq; animal aspiceret si lumẽ corpus esse, atq; attingere illud oportere dareẽ quo cũ iungi necesse est.

Cæterum alias nobis dictum est aspectum sine lumine cernere non posse, quinetiã adiecimus quoddã interuallũ inter rem visam,& oculũ:quod vel lumen,vel aerẽ dicas nihil modo refert.sat nobis est eo loco mõstrasse quodcunq; animal cernere,quando id traijcite. per illud interuallum quod est vidẽdi causa. Et merito quod intra oculi limites Tex.9.

contine-

continetur aqua est, quoniã pellucet. Aspectus ęque lumẽ intrinsecus, at extrinsecus desiderat vt cernere possit, quã borem regio aciei & pellucida sit, & humore concreta oportet, quandoquidẽ ibi aer nõ existat, Nã anima visq; cernendi nõ extremã oculi partem obsidet, sed palã intra regionẽ aciei collocatur. quocirca necesse est, vt hęc regio & colluceat, & luminis capax sit, quod quidẽ certis casibus cõprobatur, Quidam in bello ea in parte vbi tempora iacent cũ vulnera sit cœpissent, vt oculorum meatus nerui q; conscisi viderentur tradiderunt sibi visum nõ secus in tenebras incidisse quam cum ilychnus lucernaq; extinguitur, id q; propterea quod oculi regio, & ea pars quæ pupilla solet appellari conscisa fuit perinde ac quædam lucerna discisa sicca que fuisset.

Com. 9. Reiecta sententia eorũ, qui animalia cernere tũ arbitrabãtur, cum quidpiam ab oculis ꝓmicaret, & quomodo leuis esset horũ opinio, diligẽter cũ supra ostẽdissar, quid ipse sentiat explicare nitit: Meminit porrò alias scripsisse nihil cerni percipiq; posse sine luminè. Nã in cõmẽtarijs de anima hæc retulit. corpus suapte nr̃a aspectabile mutãdi afficiẽdiq; pellucidũ actu vim habet. quo loco actu pellucidũ vocanit ꝙ iã illumina tũ est posuitq; lumen esse actũ perfectionemq; perspicui. quasi ratione perspicuũ est. ꝙ siue asseratur illud esse ꝙ inter rẽ cernẽdã & aspectũ nostrũ ponitur, siue ꝙ aliud cũq; collucẽs, parũ refert. vnum illud monet motũ esse illũ cernẽdi causam quo traijcit per idipsum pellucidũ actio rei cernẽdæ vsq; ad aciẽ oculorũ. Res.n. cernẽda, vel aspectabilis vim mutãdi eiusmodi naturã habet. Hæc verba tu perpẽde: ꝙ vel lumen, vel aerem dicas nihil modo refert, quę propterea adiecit ꝙ lumẽ q̃q̃ causa sit vidẽdi, tñ desiderat aerẽ, vel quoddã aliud pellucidũ, cuius formã & actũ lumen esse aliàs demõstrauit. Verba hęc vel aerẽ dicas, protulit ꝑinde, ac dixisset, siue quoduis aliud corpus eiusmodi, vt lumi nis capax esse videatur, pro inde subiunxit. Et merito ꝙ intra oculi limites cõtinet, idest pupilla aciesue oculi, q̃a hęc intus in oculi regione sita est, ex aqua cõstat, quę locũ antedictũ obtinet, & minime inter aspectum & rẽ aspectabilẽ interiecta est. Aqua enim pellucet, & eius est naturæ, vt lumẽ recipere possit. Vt.n. externũ spatiũ illustrari actu oportet, ita pupilla colluceat, si qđ piã cernit necesse est, & tñ nec sensus, nec vis sentiẽdi illuminat quẽadmodũ.n. nihil aspici, nihil aspectu percipi põt, nisi extrinsecus spatiũ circũfusum illuminet, ita nihil ab acie cõprehẽdit oculi, nisi vniuersa oculi regio ad aĩam sentiendi vsq; collustret q̃obrẽ ꝙ intus in oculo est pellucidũ sit, & eius naturæ, vt quã facillime queat illustrari oportet. itaq; pupillã ex aqua cõstare necesse est, q̃n quidẽ intus nõ collocet aer, ꝙ quidẽ Aristo. adiecit, vel fortè q̃a nemo hosum in oculis aerẽ inesse arbitratus est, vel ꝙ nusquam inclusus aer apparet q̃n discindũtur, aut effodiũtur, aut vulnerant oculi, vel etiã q̃m non mõ opæ pretiũ est, vt ꝙ in oculis includit pellucidũ sit, verũ etiã illud, vt retineat pressa vestigia, ꝙ quidẽ aqua arctius longe atq; firmius facit, quã aer. Quocirca non solum aqua pellucida est sed etiam imagines seruat tanquam aptior aere ad retinendàs impressas formas rerum aspectabilium videatur. Quod vero humor aquæve rectè dicatur firmius pressas formas tueri, eo comprobatur argumento, quod aer facillime diffundit & dissipabilis est. Nam (inquit) anima sentiendi cernendine nõ extremã oculi partẽ obsidet, quibus verbis cur oporteat pupillã pellucidã esse ita, quemadmodũ & extrinsecus spatium illuminatũ esse necesse est causam affert, q̃m anima visq; cernẽdi intus in oculo, & minime in extrema eius parte iacet. ꝙ si extremã obtineret oculi regionẽ valere iuberẽ perspicuitatem pupillę q̃m satis opinor ad cernẽdũ esset spatiũ circumuicinũ extrinsecus illuminatum. Sed me qui dẽ hercule anima visq; cernẽdi inter confinia oculorũ sita non est, q̃m itidẽ essent ceteri sensus collocati singuli in suarũ regionũ terminis, quo nihil leuius, quandoquidẽ nullũ esset animę huic iudicium tribuendum quando alter sensuũ aberrat, propterea quod anima in extremis instrumẽtorũ sentiẽdi collocata partibus cũ longo hæc extrema interuallo sint disiuncta, vbi vnus sensus errauerit, præsto ibi esse nõ poterit, vt per aliũ sensum tanquã per nuntiũ corrigat errantẽ. Quinetiã deesset iudex, qui pręesset in iudicãdis sensuũ obiectis quæ ꝑ diuersa instrumẽta sentiũtur, quãdoquidẽ nulli sensuũ datũ sit iudicare suum cõprehensibile, & multominis differentiã obiectorum. Sed hoc totum libro de anima disputatum est diligenter, dicam proinde hoc loco hęc breuiter. Deesset.n. communis quidã arbiter, qui obiecta perciperet, & dijudicaret eorũ differentiã. Et ne ĩmorer hac in re, fac animã sentiẽdi in extremis instrumẽtorũ sentiẽdi partibus insidere, illico eius animæ iudiciũ cõfunditur sic, vt quemadmodum oculus qui cernit non põt de vocibus, de sonitu vllum afferre iudiciũ, ita nullũ sit relictum nobis de cuiusq; sensus obiecto iudiciũ. quapropter si hoc vinculũ, hocq; centrum in ꝙ deriuant omnes quinque sensus dico sanè animã sentiẽdi in cuiusq; sensus vltima regione locaueris, sic abeirt vna potestas sentiẽdi ab altera, vt nullum iudiciũ sensib⁹ certũ relinquatur: sed planè cõtrarium experti sumus. Cæterũ vim cernendi non esse positam in extrema oculorũ parte, sed totam regionem vsq; ad eam antedictã vim esse perspicuam, atq; collucere certis casibus cõfirmat. Nam cũ quidã in bello ea in parte ictus vulneraq; ab hostibus cepissent, in qua tẽpora sita sunt nimirũ sic vulnerati fuerũt. vt ij nerui meatusue oculorũ ĩ quibus inest regio pellucida cõsci viderẽtur: quibus ictis vulneribus illico circunfundi tenebris tanq̃ lucerna quædã extincta esse visum est idq; propterea ꝙ concisa erat illa regio pellucida quæ post pupillã iacet tanquam lucerna quædam pellucens, quæq; vniuersam regionẽ oculi ad vim cernẽdi vsq; illuminat, huius aũt regionis cõtinuationẽ cũ vulneris ictus scinderet, lumẽ perinde eã vetuit, recipere, ac extinctũ esset in eadẽ. quare si aspectus nõ coagmentat ex igne, neq; facultas vidẽdi in extrema oculi parte sita est vniuersum oculi spatiũ vsq; ad animam sentiendi intrinsecus pellucidum esse oportebit.

Si anima hoc facit ergo non est ponendus sensus communis.

Tex. 10. *Quamobrem si quemadmodum diximus accidit perspicuum quidem est vt non aliter cuiq, sentiendi instrumento suum elementum tradere atq; accommodare oporteat, quam antea fecimus videlicet aspectum ex aqua cõcretum existimare. auditum verò, qui sonitus vocumq; particeps est, ex aere, odoratum ex igne. Quod enim actu odoratus est id certe ipsum facultatem olfaciendi habet. Nam id sensum ab ocio ad actionem traducit, quod in sensum cadit. quare necesse est vt sensus actu sit quod est subiectum sensibus, quod prius erat potestate. Odor autem est quadam instar fumi exhalatio, quæ ab igne proficiscitur. Quocirca proprium odorandi instrumẽtum in eo ponitur loco, in quo cerebrum collocatur.*

Com. 10. Aspectũ ex aqua cõpositũ cũ suprà probasset, hunc ipsum ad eũ sanè modũ constitutum affirmat, quibus verbis videt Aristo. nõ sua decernere sentẽtia, vt aspectus ex aqua cõmixtus esse dicat, sed potius, vt quibusdam morẽ gerat, qui cuiq; sentiẽdi instrumẽto suũ adscribebant elementũ. Quod si cuiq; instrumento proprium tribuit elemẽtũ, aspectui aqua, auditui aer, quod hic sensus soni strepitusq; particeps est, odoratui ignis tribuẽdus est, quãq; cõtrariũ alias demõstrauerit. Quæ deinceps profert hæc sunt. Quemadmodũ aspectus antequã cernat potest videre cernereq; omnia, q̃ in aspectũ cadunt, & auditus antequã exaudiat sonos, voces, strepitus põt prius exaudire, ita odoratus antequã odo

ratur

retur potestate est odor. Nam odorandi sensus actu est odor, & idē odori actu, odor enim & sensus actu odorandi non discrepant. Odor vel id quod odoratu cum prehēditur quędā exhalatio sicca instar fumi est ignea ab igne ducta, quod quidē ex vaporibus perspicuū est, qui subditis ignibus exhalant odorē, quinetiam flores his in locis vehemētes odores ędunt, qui sanè loci propterea ꝙ æstuant vel calidiores sunt, odores exhalāt vehementius. Solent proinde ea loca cōflagrari, in quibus apparet illa ignea exhalatio. Quid vero sit odor. persequetur postea. Is.n. est odoratus quādo idē sensus agit. Itē explicabit, ꝓgressus vltra quonā modo quispiā ex igne odoratū admixtū esse tueri poterit. Sed (quem admodū paulo ante dixi) cuiq; instrumento sentiendi suum elementū non suapte sententia tribuit, quandoquidē in cōmentarijs de anima nullū sensus instrumentū vel ex solo igne, vel ex sola terra constare posse retulit, quo etiā in loco odoratum non tam aeri quā aquæ tribuit. Postremò quoniā odor est ignea, & fumi instar exhalatio inquit apte affirmari posse instrumentū odorandi vicinū cerebro esse. Quod enim est caloris materia, id quidē ipsum frigidum esse oportet, itaq; nō erit mirū si olfaciendi instrumentū cerebro adhærer, quoniam hoc suapte natura reliquarū partium in corpore frigidissimū existit. Hmôi ergo materia potestate sensus, est & ꝙ vim odorādi habet. Sed hęc nō sine cōtrouersia dicuntur, qm̄ si ꝙ est potestate aliquid huius est materia, & cum id ꝙ vim odorādi habet potestate est odor, itaq; ꝙ vim odorandi habet materia odoris erit. Equidē supra admisimus frigus esse caloris materiam, & quod vim odorandi habet frigidū est, propterea ꝙ illud à cerebro vel oritvel hæret eidē, itaq; odor erit calidus. Nisi eò cōfugias vt sensum actu calore afferas, idq; etiā propter præsentem calorem. Quod si quis odoratū ad hunc modum ex igne cōcretum asseruerit, non à verò abhorrere videbitur.

Tex.11. *Quoniā frigoris materia potestate calor est, Præterea cū oculorū fabricati à cerebro trahat originē ad eum quē narrauimus modū coagmentātur oculi. Cerebrū.n. humore & frigore ceteras corporis partes anteit. Cæterū facultati attrectandi terra tribuitur. Gustādi verò vis quędam est tactus species.*

Com.11. Nollē cogites his verbis Aristo. ostendere instrumētum odoratus ex igne constitutū esse. Hoc.n. fieri non potest anteq̄ odor sit sensui pñs, & sit actu sensus. Addit oculorū fabricam, qm̄ à cerebro eorū mollitio initium sumit, quod est reliquarū partium in corpore humidissimū & frigidissimū, ideo ex aqua constitutū est ad eum supra dictū modū extare. Ex quibus nimirum verbis facile est cognoscere aspectū, cū eius machinatio à cerebro proficiscatur non ex igne, sed ex humore concretum esse, quoc irca neq; odoratus ex igne æditus erit, siquidem his etiam sensus à cerebro originem trahat. Veruntamen affirmabit cum persequetur hanc narrationem ob eam causam odoratum & eius instrumentum cerebro hęrere, vt locus cerebri ad quandam reducatur mediocritatem quā quisq; sensus ad obeundū munus sui desiderat. Quę enim odoratui subiecta sunt & odores existunt, profectò calent. Odor.n. est

Dubium. quędā instar fumi exhalatio. At si quis antedictis insistere voluerit iridē aspectū ex igne et odoratum ex ig mentari affirmabit, siquidē frigus et materia rerū quę aspectu percipi possunt & has res aspectus actu capit, itidē materia odorū quos comprehendit odoratus erit

1. responsio frigus, si quidem frigus est materia caloris. Sed fortasse nō est eius placitum vt antedicto modo suū cuiq; sensui accommodetur elementum ꝙ si aptauit, & tribuit

2. responsio cuiq; suū elementū id fecit exercitationis causa. Forte illud quoq; afferere tam aspectus q̄ odoratus instrumentum cerebro hęrere illud tamen odorandi qua ratione frigidū est, ideo qua ratione id ipsum habet vim sentiendi, potestate est calidū, sed instrumentum videndi inest in cerebro nō ea ex parte, qua frigidū & alget, sed qua humecte & perspicuæ nature est. Nā lumen &

color actus perfectioq; perspicui pellucidiq; est. Reliquū tactui terrā assignat. hāc itidē gustādi instrumēto quandoquidē gustatus sit quędā tactus species. Qua re cū quatuor sint elementa duobus tactui & gustatui tellus adscribitur, aspectui aqua, auditui aer, odoratui ignis. Quę hoc loco nō suā secutus sententiā, sed planè more oratoris suadendo veriq; similia tractādo disseruit. Probauit enim alias instrumentū sentiēdi nullum ex terra cōstare posse. ideo quæcūq; terra redūdant in corpore nostro collocata vt tricę, vngues ossa, expertia sunt sensus. Quinetiā gustatū in humore versari, et ex humido cōfici demōstrauit. Postremò responderē neq; hoc loco instrumēta sentiendi ex terra cōflata dici, sed eorū actiones vt supra dictum est fieri, quemadmodū de odoratu dixit. Quod autem suadendo & viā illustrando qua posset quispiā vnicuiq; sensui propriū adiungere, & applicare elementū supra disputata Aristoteles tractauerit, quæ sequuntur declarant.

Diaphanum dicunt.

3. responsio

Proinde cor prope & gustatus, & tactus instrumentum collocant. Cor.n. cerebro tanquā è regione opponitur, & calidissimum cæterarū partium est. Et finē hoc modo faciamus de his partibus corporis, quę vim sentiendi habent, & ingrediamur sermonē de rebus, quę sunt subiectę sensibus, quomodo quęque suum sentiendi instrumentum, vt color aspectum, sonitus auditum, odor odoratū, & alię tactū feriunt, de quibus et si libro de anima in vniuersum disputatum est, vbi explicauimus quid esset eorum actio, & quo quicq; modo ageret in ipsum sentiendi instrumentum, at nunc tamen quid sit vnumquodque quid videlicet color sit, vel quid sonitus, vel quid odor, vel sapor, vel de tactu itidem dicendum est, & à colore ordiamur. Verum illud primum moneo vnumquodque sensus obiectum dupliciter se habere, alterum actu, alterum autem potestāte. Sed quomodo color actu, & sonitus idem sit vel differat à sensibus actu videlicet ab aspectus actione, et ab auditione libro supra memorato tractauimus. Nunc verò quo modo suum quicque feriat sensum, & agat, persequemur. Tex.12.

Odoratum vbi dixit ex igne cōcretum esse & propriū ob id instrumentum eius cerebrum propter locauit, frigus enim caloris materia est quandoquidē generatim soleat cōtrariū suo cōtrario materia esset, et odoratus calidus est, quod quędā esse instar fumi exhalatio fertur, inquit. proinde instrumēta tactus & gustatus cor prope sita & cōstituta esse quasi sentiēdi instrumēta suapte natura recaleant. Caro.n. huiusmodi non est, sed sensus actio in frigidis versatur, siquidē tactus terrā terrenasq; qualitates ꝑcipiat. Sed neq; hoc rectè dici videbitur quemadmodum neq; sanè dictū videbatur odoratum dici ex igne constitutum, qm̄ si vis tangendi terrę capax est, cū illa vis cor ꝓpter existat terra erit calida. Nisi respondeas secus multoq; aliter gustatū & tactum prope cor locari, quam odoratū & aspectum cerebrū propter, quamquā ferè simili causa odoratus & aspectus collocatur prope cerebrum, quoniam cæterarū partium frigidissimū est, & tactus gustatusque propè cor cum sit reliquarū partium calidissimum, & ideo cor quasi è regione opponit cerebro, quapropter hoc erit materia caloris, & cor frigoris minimè. Ne mireris deinceps cur adiecit cōtextibus superioribus. In eo ponitur loco in quo cerebrū collocatur, vbi quędā afsigit instrumenta sentiēdi. Nam vna numero est sentiēdi anima, quam intus in corde collocat, quapropter instrumēta sentiendi, & si hærent cerebro, ab eo tamē initium Com.12.

Ex hoc loco videbis nos recte pro hoc verbo [illegible] latine nos dixisse instrumē tumq; quo dicit Alex. organa tactus &c.

Hoc quoq; loco belima vocat organa instrumentaque sentiendi Alexander.

initiū non trahūt, sed à corde, à quo tres viæ meatusq; ad cerebrū vsque pertinentes alius à cerebro proficiscens, aspectu terminantur, alius auditu, alius odoratu. Illi autem meatus tactus & gustatus nō ad cor per cerebrū deriuant, sed recta via ad cor vsq; pertinēt. Quę cum disputauerit de sensuū instrumentis, breuiter illico orationem instituit de singulis obiectis sensuum, quomodo quicq; suo sensus instrumento respondeat & quomodo illud afficiat. Hoc enim loco cōmuniter de rebus, quæ sunt sensibus subiectæ nō agii. Nam in vniuersum libro de anima disputatum esse de actione cuiuscunque sensus dicit proinde quæ fusæ & generatim de sensibus disseruit, breuiter subiunxit, videlicet quomodo afficitur sensus, & instrumentum sentiēdi, & quonam pacto, quodcunque sentiendi instrumentū formas imaginesq; rerum recipiat sine materia earū, quę sensibus subiectæ sunt. Item asseruit eo loco sensum actu, & id quod sensu percipitur idem esse, atque quid sit vnumquodque sensui subiectum, & propriū obiectum suo sensui adiunxit, nunc verò quid quicque sit, & naturam cuiuscunque declarar, quandoquidem naturam etiam habeat quandam prærer eam quę referuntur ad sensum, & sub eundem cadunt. Communiter itaq; de obiectis sensuum, quoniam ab eisdem percipiuntur, tractatum est in commentarijs de anima, singillatim verò nunc dicendum est, de quocunq;, quę vtpote sit proprie eorum natura, & quo inter se discrepant modo, & qua quicque ratione ad suum sensum referatur, quoniam non vno sensu omnia obiecta percipiuntur. Dicendum esse itidem de tactu subiunxit, vbi tactum scripsit pro re quæ attingi attrectariq; potest. Hæc enim sensui subiecta est, & eius dicitur obiectum, sed tactus appellatur sensus, quod cum sese recipiat facturū, ordiri à coloribus censet qui aspectu comprehenduntur. Illud porrò primum monet quodcunque obiectum dupliciter dici, alterum actu, alterū potentia, quæ sanè diuisio libro supra memorato explicata est diligenter. Quod itaq; actu sensu percipi potest quodammodo sensui actu idem est, & quodammodo differt. Expressit etiam obiectum sensus actu, & sensum actu idem, esse, sed ratione distare, quādoquidem alia sit sensus actu ratio, & alia obiecti actu. Hoc autē opusculo huius loco idē dixit, sed quomodo actu color & sonitus. Non enim color actu aspectui actu idē est. identidem de sonitu dicas velim & auditu, quoniā hæc subsistere possunt & non videri, neq; audiri: verū qua ratione sensui subiecta sunt, ad sensum referantur necesse est, neque dici sensui subiecta queunt, nisi ad sensum referātur. Interpretor itaq; hæc verba Aristo. Sed quomodo color actu. i. aliquo modo color actu & sonitus actu ijdem sunt aspectui, & auditui, aliter id est alteri actu, & quo differant conclusum est libro supra memoraro, quod quidem patefecir his verbis actu & sonitus idem sit, vel differat à sensibus. His.n. opponuntur obiecta actu. Persequetur quid color, quid sonitus quid quicq; sit cæterorum obiectorum, quę potestate percipi possunt à sensibus. In extremis
contextus quando dicit, Nunc verò quomo-
do suum quicq; feriat sensum, & agat
persequemur: plane significa-
uit, si aliud membrum di
uisionis tractaturū
quid sit, vide
licet
illud subiectum sen
sibus pote-
state.

SECTIO SECVNDA

Percipiendis scriptis Arist. de anima peropportuna.

Lucillo Philalthæo interprete.

NON secus lumē, quàm in commentarijs de anima fecimus hoc loco diffiniemus Tex.13.
esse colorem quendam perspicui aduentitiam. Cum enim in ipso perspicuo igneū quidpiam inerit, huius sanè presentia lumen appellatur, & tenebræ dicuntur eius priuatio. Perspicuum appellamus quod nec aeri, nec aquæ, nec cuiuis cæterorum hoc modo corporum proproprium est. sed quędam existit natura, & vis communis, quæ non potest à corporibus separari, immo in memoratis corporibus, atq; in alijs insidet, quamquam aliquibus sui copiam maiore exhibeat, quibusdam verò minorem.

Nos ea quę de lumine in cōmentarijs de anima scri
psit, memoria repetere Philosophus monet, in quibus Com. 13.
lumen quendam esse perspicui colorem aduentitium definiuit, idemq; declarauit quendam actum esse pellucidi qua ratione pellucens est. Adiecit esse actum perspicui non simpliciter, sed aduentitium. quia non afficitur perspicuum lumine, sed illuminatur varie, quatenus erit situs, & præsens ei illud quod illuminat, & interdum nō illuminatur. Quare lumen non ita esse proprium perspicui colorem dixerim, quemadmodum color est eorum corporum, quæ colorantur. Nam hęc color afficit sic, vt in his insit proprius. At lumen secus in pellucido inest. Proinde his verbis apertius exponit quod vult. Cum enim in ipso perspicuo igneum quidpiam inerit, quando ergo inerit quod erit præsens ei, id erit color aduentitium. Quo Proinde modo quoue situ collocetur igneum in ipso pellucido, adiecit, Huius enim præsentia est lumen & absentia sunt tenebræ. Quo preterea modo lumen dicatur color perspicui aduentitius, vt sciamus ad ea nos remittit, quę copiose libris de anima disputauit, in quib° lumē statuit, & expressit colorem esse perspicui, cui definitioni cū nihil hoc loco repugnans asserat, consentaneum est, vt quæ disputata & tractata sunt in illis libris diligenter, rata firmaq; habeātur. Addit quod vocat perspicuum. Illud sanè, quod nec aeri, nec aquæ proprum est. Sed ne temere videatur nos ad eorum reuocasse memoriā, quæ alias de lumine disseruit, merito de coloribus dicturus lumē posuit esse colorum, qui maximè, & primus est, quique in pellucido collocatus causa sit, vt cętera alia omnia videantur, & cernantur quibus verbis indicat, atq; iancit naturam perspicui huiusmodi esse, vt coloris particeps videatur. Cum itaq; lumen esse colorem perspicui patefecerit, reliquū quæ sit natura perspicui capax coloris explicat. Item docet in quibus illa natura inueniatur, & quomodo pellucida corpora inter se differant, Addit, quid intersit inter corpora colorata, & ea, quæ collucent, siquidem proprium illa colorē, qui constitutus sit in extrema eorū parte agnoscunt, at secus pellucēs corpus se habet, cum nec lumen intrinsecus propriū nec in superficie corporis habeat. Inquit porrò ꝙ dicere solemus perspicuū nec aeri, nec aquæ quibus adest color aduentitius, propriū est. Quid dico nec aeri, nec aquæ propriū? immo nec cæterorum cor
porum

porum huiusmodi peculiare est. Sũt enim certi lapides perspicui, in quibus nulla inest perspicuitas tanquã propria, sed cõmunis quædam natura, ac vis est, quæ à corporibus auelli, neq; sola, quemadmodum nec quæuis alia per seipsam subsistere potest: quinetiam in his corporibus veluti aere, aqua, & his de quibus enunciatur perspicuũ insidet. Veruntamẽ quibus inhæret corporibus, in alijs copiosior est in alijs vero nõ ita vberior, quod quidem ea de causa euenit, quoniam omnia corpora suapte natura aliquid potestatis habent. Quæ vbi tanquam recepta posuit, id est perspicuitatem esse quãdam naturã, & vim, quæ in omnibus corporibus, quanquã in alijs magis, in alijs minus inuenitur, assumit ꝙcunq; corpus qua corpus termino, & quodam extremo circunscribi, quandoquidem, iampridem immensum infinitumq́ue corpus rectum, & pene omnino explosum sit. Hoc autem extremum superficies appellatur. Quapropter colorem cũ superficiei, tum etiã perspicui terminum esse declarabit, verum illũ huius perspicui terminum ne putes velim sic esse vt à superficie diuisus separatusq; sit, hoc modo corporis terminus, immo vnà cũ superficie in qua inest perspicuũ terminat. Quemadmodũ perspicuitas & corpus quodã inter se vinculo continentur, vt vnum ab altero seiungi nequeat, immo corpus est pellucidum, & propter perspicuitatem ad capescendos colores euadit idoneum atq; aptissimum: ita de terminis vtriusq; obsecro iudices. Extremum enim corporis statuimus superficiem coloratam, quę corpus terminat, vt corpus est, sed eiusdẽ tanquam perspicui color, terminus dicitur qui superficiei est qualitas. Proinde qua superficie terminatur corpus dici solet, qua verò exalbescit, vel candida fit superficies, corpus idem album appellatur, Idq́; non immerito quoniam perspicuitas est quædam natura in corporibus sita colorum particeps. Vt enim corpora alia magis vel minus recalent, aut frigent, aut humectę naturę sunt, aut plus minusue raritatis, aut densitatis habent, quæ sanè vires à corporibus non separantur, ita corpora plus, vel minus perspicuitatis capiunt. Quemadmodum enim omnibus rebus, quibus insitũ est, vt in alio fundentur, & insideant quædam subest materia & subiectum, quod habilitatem habet quandam, qua formari figurariq; ab illis rebus posit. Etenim leuitati & grauitati atq; amplitudini & paruitati caloriq; & frigori, ac persimilibus rebus quædam quemadmodum subiecta est materia, ita sanè coloribus, & his qui in eodem genere contrarij sunt subiectum quoddam traditur.

Hi enim suapte natura in alio collocantur. Perspicuitas autem in corporibus figitur. Corpora verò qua ratione perspicua videntur, colorem recipiunt & posident quoniam singula eiusmodi corpora colorum receptacula dicuntur, quanquã natura perspicuitatis non ęque omnibus impertita sit corporibus, sed in aliquibus inest vberius, in aliquibus autem multo parcius. Pellucida pręterea corpora alia nullum terminum proprium agnoscunt, alia autẽ suo termino concluduntur, è quorũ varietate omnis colorũ, qui in illis inhærent orta nataq; videtur differẽtia. Et quanquã id cõmune singulis corporibus asseratur, vt perspicuitatis naturã nõ æque tamẽ, sed quẽadmodũ diximus alia copiosius alia multo minus habeãt, at quædã tamen sunt præcipua, quæ sola velut specula perspicua esse vsus consuetudoque admisit, & recepit. Etenim perspicuum idcirco appellatur, quoniã luce pręsente per illud aspectus in rem cernendam conijcitur. Sunt porrò propriè perspicua corpora quibus lumen adest tanquam color. Quemadmodũ enim supra dixi solitũ est ea vocari perspicua. quæ illustrãtur lumenq́; recipiunt sic, vt per ea trãseat obtutus oculorũ ad ea quæ aspicimus. Quocirca eiusmodi corpora in causa sunt, vt cætera corpora pateãt, & videantur, à nobis. Colores enim ob pellucidum cernũtur, qui vim ciẽdi afficiendiq́; perspicua habent. Quę sunt pellucida sine termino proprio, quoniã nullũ intimũ colorem habent, lumẽ recipiũt. Quemadmodũ enim alio & non suo terminantur fine, hocq́; incerto, ita colores aliunde sumunt quibus cætera videntur. Et ne lõgius abeat oratio, hęc sunt propriè perspicua. Nã haud omnia, quæ collucent (vt diximus) eodem modo perspicua dici debent, sed quædã plus perspicuitatis capiunt quædam verò minus. Quæ appellauimus perspicua termino proprio carẽtia, quod nihil terræ soliditatisq; retinẽt quod etiã vbiq; suę altitudinis vsq; ad imã partẽ collucent verius, multoq; accõmodatius perspicua nominantur, reliqua autẽ, quæ definito certoq; circunscribũtur termino, propterea quod nonnihil terrę capiunt postremũ inter perspicua locũ habẽt. Copia.n. maior minorq́; ex quadã contrariorũ inter se admixtione, & tẽperatione oritur. Primas itaq; inter perspicua illud aspectabile perq́; lucens corpus obtinet quod cũ cerni potest: tum etiam cur cætera videantur causa est. Huiusmodi corpus est, cui insita germanaq; cætera illustrandi vis est, quo in genere sunt corpus diuinum, & ignis, reliqua vero vicinitate distantiaq; ac affinitate maiore vel minore, cum cœlo, & igne contracta plus & minus capiunt perspicuitatis. Aer enim quod igni finitimus, qui cum quędam etiam illi cognatio intercedit, repente lumine completur, huic succedit aqua, postremo tellus, quapropter terra vltimum inter perspicua locũ sortita est. Et me quidem hercule omnia corpora ex terra composita si perspicua videbuntur alicui is nimirum, eadem reperiet plus aquę habere quã terræ, & quia hęc aquæ commixta est in illis corporibus huiusmodi pellucida postremum habent (vt dixi) locũ Aer quod igni vicinus propeq́; familiaris est idcirco lumine celeriter refertur & imbuitur. Aqua quoniam ignis esca pabulumq́; dicitur, quod quidem ex succensis lignis vbi humor ignescit, & ardet comprobatur lumine illustratur facile. Quocirca ligna accenduntur, & vruntur ob humorem in illis insitum, immo fumus huiusmodi est, qui exhalat ob humorem. Ac vt vere dicã fumus est ille humor, qui conuertitur in vaporẽ. Terra autem propterea quod à cœlo, & ab igne lõgissimè abest, iccirco non collucet, vel vltimum habet locum inter perspicua. quapropter inter ea solet terra, idq́; merito, numerari, quæ lumine priuantur. Lumen enim nõ penetrat per eius altitudinem, quę vbi cum alio miscetur illud ipsum opacat, & subobscurat, atq; eidẽ aditũ luminis pręcludit. Quod primum ex eo patefactum ducimus, quod vbi fumus cœlum oppleuerit, hoc nostrum, quoniã multum terrę cõplectitur istud ipsum obscurare videtur. Deinde flamma quod nonnihil terræ secum admixtum habet, quãdoquidem illa sit quidã fumus succẽsus, terras opacare videtur. Quid de flãma dicã? nihil eo euidẽtius exẽplo est, quoniã regio aeris puluerulenta obscuratur, quę vbi primũ puluere leuata purgataq́; erit, perspicua iterũ, vt prius cernitur.

Primo meteo. aliter de flamma, hæc est spũs ficus ardet,

Restat vt ad ea perspicua nostra proficiscatur oratio, quæ vbi poliuntur limantúrq́; velut cornu, & integumẽtũ testudinis collocẽt, idq́; propterea quod magna est illis aquæ copia cũ mollia sint. Redeat oratio ad id quod volumus decernere. Ea cẽsemus maximè perspicua, quę cũ illũ recipiũt colorẽ qui maximè cerni põt, quiq; lumẽ esse fertur, tũ etiã suæ altitudinis nusquam opacatur aliquid, quoniã vacãt termino, ideo reliquorũ corporũ colores per ea percipiũtur aspectu. Et quoniã huiusmodi interminata perspicua humectæ sunt naturæ, terminoq́; vacãt proprio, neq; sistere retinereve possunt quicquid exceperint, colore nõ afficiuntur, ob id neq; semper colorẽ tuentur, immo illius recessu corporis, cui natura duce innatũ est cætera illuminare, tenebris circũfundũtur. Quòd si colorem susceptum retinere possent, nimirum semper lucerent. Quin-

etiam vt lumen alios colores identidem agnoscunt, & mutantur ab eisdem ob quandam cognitionem, quæ inter colores & lumen intercedit. Reliqua corpora, quę terræ maiore quadam copia redundant, haudquaquam eiusmodi pellucent, neq; similiter lumen recipiunt sic, vt per ea oculi in res cernendas conijciantur. Et quanquam lumen non sit his corporibus proprius color, at proprium tamen obtinent, quoniam cum solida sint, & tueri eum colorem possint, quē ex admixtione perspicuorum corporum exceperunt: hunc ipsum proprium agnoscunt. is tamen non cerneretur, nisi lumen præsens esset, quod maximè propriè cerni potest. Hoc autem lumen non apprehendunt tanquam colorem. Veruntamen eo colorantur, quo perspicuitatem habent. Quę enim cũq; magis perspicua sunt, colorem etiam eiusmodi complectuntur, qui sit luci luminiq; cognatior, & vicinior, cum præcipuè comprehendant retineátq; secum admixtam coloris causam. Corpora itaq; perspicuis propriè vicina sunt ea, quæ exalbescunt & candida videntur, propterea quod quæ culorem retinent eum, qui magis in aspectum cadit, hæc nimirum magis perspicua sunt. Sed atra quia claritate quadam & luce orbátur velut tenebræ sunt, quę recessu illis oriuntur, quod suapte natura promptum est cætera illuminare. Restat ergo perspicuitatē in corporibus inesse, & eam esse eiusmodi colorum naturã.

Cõte. 14. *Vt ergo quodam termino corpora redimita, ita ipsum perspicuum esse necesse est.*

Com. 14. Posteaquam in perspicuo lumē locauit, quod eiusdem asseruit culorem esse aduentitium: Perspicuum enim naturæ colorum particeps est, & eidem non modo domicilium, sed etiam tanquam subiectum tribuitur: nunc æquè decernit perspicuo terminum, vt corpori. Numero enim vterq; & perspicui, & corporis terminus idem est. Quę enim eadem numero sunt, eorum termini, vel fines ijdem existunt, quanquam ratione dissentiunt, quoniam neque hoc modo perspicuum, & corpus consentiunt. Nam corpus vnum magis corpus non est quam alterum, contra perspicuum alterum altero magis. Superficies igitur corporis vt sanè corporis terminus est, color autem perspicui limes dicitur qua pellucet. Colorata porrò corpora ob sua extrema spectantur, quare color terminus est perspicui. Cernuntur enim propter suum colorem, qui non est omnino perspicui limes, quoniam ea perspicua, quorũ huiusmodi color terminus asseritur non sunt perspicua vbique altitudinis suæ cum solum in hoc genere collocentur quæ vocantur perspicui interminata, & proprio carentia termino.

Cõte. 15. *Quamobrem natura luminis in eo reponitur perspicuo, quod termino vacat. Et cum cuiq; compertum sit perspicui corporis quendam terminum esse, reliquum videlicet hunc ipsum terminum esse colorem ex his quæ euenit comprobabitur. Color proinde vel terminus est, vel collocatur in termino. Pythagorei iccirco superficiem nominari colorem voluerunt, Ego verò statuerim colorem fundatum esse ipso corporis limite, sed terminum eius haudquaquam assererem.*

Com. 15. His verbis cum primum interminatum perspicuũ illud affirmet, quod & humectæ est naturæ, & proprio non clauditur termino, à quo planè distinctum esse solidum corpus voluit deinde quid inter colorem & lumen, atq; inter perspicua lucis & coloris receptacula & domicilia intersit, commõstrat. Nam lumen hęret perspicuo, quod proprium nullum agnoscit terminum. Quéadmodum.n. hæc corpora terminũ propriũ respuunt, & finiuntur & terminantur alieno, ita colorem nullum peculiarem habent: color inquam terminus est corporis qua ratione est particeps perspicuitatis & coloris, & videri potest, ac prædicta perspicua nullum retinent proprium terminum. Quæ verò sunt corpora solida & perspicua vt talia corpora sunt, necesse est certo & definito termino concludi. Et cũ terminus corporis qui superficies dicebatur & terminus perspicui, qui color proximè dictus est subiecto conueniant, hæc confirmat ab euentis, quoniam color aut in termino corporis collocatur, aut terminus eius dici debet. Et quia non suo iudicio standum esse duntaxat vult, Pythagoreos testes adducit, qui colorem superficiem sunt arbitrati. Verum opinionem horum corrigens colorem non superficiem, nec terminum corporis, sed in termino corporis inesse concludit. Et color, qui est qualitas iure non est terminus corporis, sed superficies quę quanta est, & moles quædam larga atque longa, & proinde corporis quãti merito est terminus. Quinetiam omne corpus superficiem habet, neq; sine hac vnquam constitui corpus potest, & tamen nõ omne corpus coloratur. Præterea, neque fateri vrgemur, quod si vna sit corporis superficies vt vnus numero dicatur esse color, quoniam in vna superficie numero contrarij colores possunt reponi, neque si color est vnus numero necesse est vt vna numero sit superficies quoniam color non est corporis terminus, nisi qua ratione pellucet. Proinde persequitur ostendendo perspicuum esse colorum receptaculum.

Veruntamen hanc perspicuitatis naturam non tam ex trinsecus colorari quam intrinsecus censeamus oportet. Videntur enim aer aqua duce splendore colorari. Et aer & mare propterea non eundem colorem referunt his qui prope, & qui procul cernunt, quod sunt perspicua interminata. Reliqua verò corpora solida, nisi interiectum spatium aeris continentis mutetur certam coloris visionem reddunt & faciunt. Compertum itaque habemus tam in terminata perspicua, quam terminata esse colorum receptacula. Perspicuitas itaq; causa iccirco est, vt omnia corpora colore prædita videantur, quia in corporibus inest, & in quibusdam vera parcius. Et quoniam iam colorem constituimus in quodam termino, certè in nullo melius collocari potest, quam in limite perspicui. Quamobrem definire licet colorē esse terminum perspicui terminati. Quin etiam perspicui vacantis termino, velut aquæ cæterorũq; cum eiusmodi, tum eorum etiam in quibus color proprius inest demumq; omnium similiter extremã obsidet partē. Cõte. 16.

Cum sibi propositum sit indicare, ac patefacere colorem non esse corporis terminum, nisi qua ratione perspicuum est, commonstrat primum perspicua corpora qua ratione collucent, coloris esse receptacula. Dicit itaque ea natura, quæ cum in solidis, tum etiam in omnibus compositis corporibus inest cum extrinsecus colorentur oportet, vt existimetur esse receptaculum quoddam coloris, quo in numero etiam aer & aqua collocantur, quod quidem probat quod perspicuum est coloris capax. Hęc autem extrinsecus colorari protulit, quia ab aliquo externo illuminantur, & colorantur, quippè quæ non habent proprium colorem. Quæ autem ex his constant atque proprium colorem retinent, intrinsecus perspicua sunt, quia ex aqua, & aere constant quæ facillimè perlucent. Quinetiam motus est in causa, vt colorata videantur hæc elementa videlicet quando splendor reflectitur in aere vel in aqua ab arboribus & floribus, quo tempore videntur etiam colorari, aut splendorem intelligit lumen quod cum ab illis corporibus recipitur aliquo modo eorũ color esse existimatur. Hæc igitur natura in corporibus solidis collocata recipit colores. De inde quid inter perspicua carentia terminis quæ asseruit extrinsecus illuminari: & ea quæ appellauimus terminata intersit, perpulchrè subiungit. Nam illorum color & splendor, propterea quod vacant terminis, nec coloribus afficiuntur, non idem his apparet qui Com. 16.

qui prope, & qui procul cernunt. Vt enim ſitus erit ea rum rerum, quas intuemur per hæc pellucida vtq; erit interuallum aut contactum, aut deductum, ita aliter at que aliter apparebit color, quoniam ex perſpicuo vt di ximus non afficiuntur colore, ſed ab eodem aliquomo do mutata in cauſa ſunt, vt quæ aſpicimus ita videantur nobis. Sed contra ſe habere corpora ſolida tradit, quoniam eorum color idem bis apparet qui non longe, quam qui longè abſunt, modo interiectum ſpatiū tantum ſit, quantum oculorum acies requirit. Nam in his ſolidis perſpicuis ineſt, neq; aduenit vel ſolum pręſens eſt color quo ipſa cernuntur, & non alia per ea. Verum quę proprium colorē & ſoliditatem habēt alium atque alium colorem ſæpe vt de collo columbę fertur habere exiſtimantur, propterea ꝙ contineas vel craſſius, vel tenuius magis, vel minus illuminatur à lumine, quod quidem ob id ſit, quoniam varius eſt ſitus luminis, variaq; eſt admiſtio rerum quę perſpicuæ ſunt Quocirca vt tuta ſecuraque ſit ſua ſententia, annectit illud. Niſi interiectum ſpatium aeris continentis mutetur, certam coloris viſionem reddunt & faciunt. Dixit Solida, quoniam horum etiam color afficitur mutaturq; à continente quando hoc feruet, vel frigidū magis eſt, vel omnino eiuſmodi fuerit, vt coloratum corpus ab eo affici atque mutari poſſit. Vbi ergo quid inter colores perſpicui interminati, & terminati interſit expoſuit & cauſam attulit Prouiderat enim hoc ſibi fore vtile atque peropportunum ad deterrendum eos ab ea opinione, qui ſolum perſpicua interminata perſpicua eſſe, & ea minime, quæ ſuo claudunt termino, opinarentur: deinceps annectit perſpicuum eſſe naturam perſpicuitatis tam perſpicuis, quæ ſuis coercentur, & continentur finibus, quam quę nullum proprium tuētur terminum, & extrinſecus colorantur communem coloris eſſe receptaculum. Non ſecus igitur color ineſt in corporibus, quam propterea quod perſpicuitatem habent. Addit etiam eam antedictam perſpicuitatis naturam in quibuſdā corporibus ineſſe copioſius, in quibuſdam verò parcius, quoniā in termino corporis collocatur color, & non (quemadmodum Pythagorei tu dicarūt) intus in corpore ineſt. Verum colorem in termino corporis reponi tanquam euidens ꝙ notum ſumit. Corpora enim per ſuas extremitatrs in aſpectum cadunt. Nihil enim cernitur, niſi aderit color. Quæ vero perſpicua ſunt ſuis redimita & circundata finibus, per hos ipſos cernuntur, itaq; color terminus finiſque cuiuſuis perſpicui terminati eſt. Quę enim vſq; ad imū altitudinis collucent poteſtate colorem dicerentur habere, quemadmodum etiam in ſenſum cernendi cadunt poteſtate. Vt enim ſub aſpectum poſſunt cadere, ita etiam colorantur. Nam omne corpus ſuapte natura aſpectabile eſt, quamquam natura illius, neque ratio eius in hoc verſetur. Vbi ergo naturam perſpicuitatis poſuit communem omnibus corporibus, & lumen diffiuxit à colore cum nec idem illi ſit, neque ratio vnius cohæret cum alterius ratione, quia perſpicua ſine proprio termino non afficiuntur colore. addit confirmās colorem eſſe terminum, quoniam tam perſpicui, cui nullus certus eſt terminus, & lumen adeſt tanquam color, quam perſpicui, cui peculiaris terminus & color tribuitur extremam partem obſidet, & nullum eſt corpus aſpectabile, quod non per extrema ſua quæ foris patent aſpiciatur, cernatur, videatur. Hæc deniq; cum tractauerit & dilucida dixerit, perſequitur cōtinuo his verbis cur colores corporum differant.

Reſtat ergo, vt quemadmodum luce præſente aer illuſtratur, & abeunte priuatur, ita perſpicuum albo, & atro afficiatur. Quare vt lumen & tenebræ in aere inſunt, ita in corporibus album & nigrum collocantur.

Hæc ſanè hoc loco dicit. Cum lumen in terminatis perſpicuis adeſt eorum quodammodo eſt color. Nam præſentia luminis, vel alterius naturę quæ poſſit quid piam illuminare & colorare perſpicuū perficitur, quoniam receſſu illius tenebræ oriuntur, quaſi in ipſo pellucido præſente lumine quædam inſit habilitas, qua tenebricoſum tenebriſq; offundi poſſit perſpicuū. Quę admodum ergo præſentia eius quod vim illuminandi habet color ineſt in illis ſæpe memoratis perſpicuis, quæ termino vacant proprio, ita color proprius perſpicuo terminato ſe habet. Nam in his pellucidis quædā clara igneaq; natura ineſt, aqua ipſa perſpicua colorari queunt, & quamquam cerni poſſint & certum fixum que colorem habeant, tamen magis ac magis colorantur, idq; non immerito, quoniam retinent in cauſam, productricem coloris, quo in genere ſunt alba. Nix. n. maximè pellucet, & cæteris candidior eſt, quoniam plurimum aeris habet, & ex aqua etiā conſtat, quæ ſanè duo elementa ſunt maximè perſpicua, atque oritur ex motu & conflictatione aeris quando quidem teritur & colliditur aere moto. Hic enim motus niuem exalbeſcere facit, & ſpumei coloris eſt cauſa, propterea quod conſtringens niuem ſubſidio nebulæ frigidæ, & concalefaciens ſuapte vi craſsiorem & denſiorē eſficit, quæ demum à frigore denſatur externo. Contra autem ea ſe habent, quę vel colorem album non habent, vel perexiguum. Hæc autem nigra atraq; ſunt, & colore ita priuati videtur, vt ea perſpicua quæ tenebris offunduntur abſentia luminis, vel illius quod poteſt illuminare & colorare. Medij porrò colores naſcuntur clariores vel obſcuriores ex maiore minoreq; copia & admixtione albi & nigri ſecundum quandam proportionem, quod deinceps prrquiret, & tractabit diligenter. Verumtamen non eſt veriſimile vt intentione & remiſsione idest maiore copia & minore, perſpicuitatis differentiam tradat colorum, ſed potius abſentia, & præſentia illius quod ſuapte natura poteſt illuminare & colorare. Niſi vtroq; modo differentiam colorum afferat. Etenim ob perſpicuitatem, & acceſſum receſſumque illius quod illuminare poteſt magis minuſq; perſpicuum dicitur. Sed ſolida pellucida minus magiſq; pellucent, vt admixtio eſt eorum, quæ perſpicua eſſe ſuprà diximus.

SECTIO TERTIA
Interprete Lucillo Philathæo.

DE reliquis coloribus ac de illorum multiplici ortu ſermonem inſtituamus. Cōte. 18.

Cum corpora calida colluceant cum admixtione, tum etiam eorum præſentia, quæ ſuapte natura illuminare poſſunt, cum lumine perſpicui interminati album, cumq; tenebris nigrum terminati perſpicui ſupra contulit, deinceps ortum colorum quo ſcilicet modo albus & niger fiat, quærit. Et quoniam oriri videntur ex mutua admixtione contrariorum modos exponit, quibus varij colores ex coagmentatione albi & nigri prodeunt. Com. 18.

Oriuntur porrò reliqui colores ſi albus aterq; ſeſe ita mutuo temperarint, vt vtrq; ob anguſtiam & paruitatem cerni nequeat, & ille qui ex his concretus eſt aſpectu percipi poſſit. Hic enim neque albus neque niger effici poteſt. Verum cum ille in aliquo genere coloris ponēdus ſit & neuter illorum dici queat, itaque neceſſe eſt, vt ſit admixtus color, & quandam ſpecies diuerſa ab vtroque. Hinc proinde exiſtimare licet plures eſſe colores præter album & nigrum. Plures inquam proportione. Nam ſi tres & duo ac quatuor vel quouis alio numero aly mutuo ſeſe temperarint, multiformes naſcuntur colores, quidam tamen ſublata prorſus mutua proportione, ſed ſum-

ma vel copia vel paucitate ad eum ferè modum oriuntur quo concentus fiunt. Colores enim qui numero totidem in vnum concurrunt, quot ipsa nimirum elegans tēperatio desiderat, vt in modulationibus videre licet gratissimi velut purpureus & puniceus, & alij id genus pauci reliquorum videntur, qua etiam de causa pauci sunt contentus, cæteri autem colores sunt ij, qui numero non apte cohærent. Nisi colloces in numeris omnes colores, alios sanè in ordine cōstitutos, alios autem nulla serie compositos, modo ij puri non sint qui propterea quod non certo numero coagmentātur eiusmodi oriuntur. Hic itaq; modus vnus est ortus colorum

Com. 19. Quædam suapte natura effugiūt obtutum oculorū quę si in vnum cōmisceātur cernuntur. Acinum solū quis ne Lynceus quidem ex longo interuallo (finge vnius miliarij spatium) cernere poterit. Quod si cumulentur acini, cumulum per antedictam intercapedinē videre poterimus. itaq; si eodem interiecto spatio aliquid intuemur, & aliquid non cernimus, erunt quidā adeo perexigui colores, vt soli nullo modo sub aspectum nostrum cadere possint. ille tamen color, qui ex illa mutua coagmentatione colorum quos supra diximus prodit & neutri idem est eorum, qui commiscentur, in sēsum cernēdi cadit. Varij ergo ac multiformes colores proficiscentur ex ea mutua coagmētatione cū quadam proportione albi & nigri qui ob exiguitatem & angustiam cerni nequeūt. Si enim colores extremi ęquè pariterq; ad tēperationē cōuenerint, alter emerget color, quàm cum aliqui redundabunt & alios excedent, immo multi varijq; colores nascentur secundū proportionem eorum qui redundant. Non enim similiter color orietur quādo dupla erit proportio albi, & quando sesquialtera, vel quęuis alia copia maior. Eadē sanè ratio est quando color niger superat. Quidam autem colores nascuntur ex his, quæ commiscentur quadam proportione & æqua inter se, quidā verò ex maiore copia simplici prodeūt, & illi suaues & pergrati vidētur, qui cum quadam proportione eorum, quæ excedunt oriuntur, qui verò secus mutuo admiscentur, ij persimiles erunt his cōcentibus, qui nulla mēsura, nullaq; proportione consentiunt. Nā cōcentus varij exaudiuntur secūdū proportionē eorū, quę excedūt in modulatione. Ea enim proportio quæ est duorum ad vnū diapason appellari solet & ea, quæ est triū ad quatuor diatessaron vocatur. Quando proinde ictus sonorum nulla proportione inter se cōsenserint, exaudietur omnino quidam strepitus nec numerosus nec canorus. Itidē illi colores in eadem proportione cōmiscentur, qui dicuntur albi & atri, & præ exiguitate non cernuntur, & proportio est trium ad duo, vel quatuor ad duo, vel triū ad quatuor quādo mutuo admiscētur, & temperantur. Et horū colorū alij proportione seruata prodeūt, alij aūt nulla, qui aūt ex proportione quadā eorū quę admiscentur proficiscūtur, aspectū delectant, suaues perq; iucundi sunt, quo in numero reponūtur purpureus, puniceus & alij id genus, quin etiā quicunq; aspectū oblectare maximè solēt, reliqui verò qui proportionē cōtēnunt nullā suauitatē pariunt aspectui. Icirco inquit perpaucos colores esse è quibus aspectus capiat voluptatē propter eandē causam, qua etiā pauci sunt concentus & cantilenæ, quę aures delectent, & bene suauiterq; exaudiātur. Nisi (inquit) colloces omnes colores in certis numeris eorum quę admiscentur coagmētētur q; mutuo, ex quibus certo numero cōcurrētibus in vnū proficiscātur colores, & horū alios ordine constitutos esse affirmes, alios autem inordinatos, & statuas suaues colores ex ea mutua coagmentatione nasci, quæ est colorum ordinata recteq; disposita, & reliquos inordinatos ex admixtione mutua eorum qui non miscentur inter se quadam serie, neq; cū quadam excedentiam proportione mutuo temperantur sed sine ordine coagmentantur. Variè enim decem quinque annectere possumus qua varietate multiformes nascuntur colores. Reliquum vocat coagmentationes non puras, quæ non sunt similes. Meræ enim & purę sunt quando vnus color admiscētur duobus. his contrariæ & non puræ sunt, quando duo vel tres vni admiscentur. Tandem hunc vnum esse modū multitudinis colorum proferr in quo apparet duos colores subiecto esse, & multo plures ratione fieri, quo etiam comprehendimus quosdam fuisse, qui colores ita mutuo temperari tradiderunt, vt multitudo eorum videbatur. Videri enim plures colores, se non esse arbitrati sunt.

Plures quoq; colores hoc modo iudicantur, quando alter alterum vicissim videri facit, quod sanè interdum pictores faciunt, idq; cum clariore colore obscuriorem obducunt & aspergunt, & cupiunt aliquid in aere vel in aqua collocatum videri. Item velut sol qui suapte natura apparet candidus, sed circūfuso caligine, vel fumo puniceus videtur quare hoc etiam modo plures (vt prius diximus) erūt colores. Nā his qui in superficie inhærent quadā proportio intercedit cum his, qui in profundo demersi sunt. Quidam tamen proportionem nullam habent. Comt. 20.

Com. 20. Posteaquam opinionem eorum narrauit, qui affirmarunt ex coagmentatione albi & nigri cæteros videri colores, secundam introducit opinionem, quæ solum fatebatur duo genera colorum subsistere alterum albi, alterum autem nigri. cęteros verò colores nō subsistere, sed videri. Hæc opinio ea adducebatur cōiectura, quoniam si aspectui occurrit albus sępe per illum videre videmur nigrum, idq; vicissim, colores porrò medios hęc opinio tuebatur videri, horumq; solam visionem consistere. Quo itaq; modo vnus color per alterum vicissim apparere queat, & phantasiam quam visum vocamus mutet & cieat, pictorum exemplo explicat, qui primum lineamenta formant colore clariore, deinde extrinsecus circumaspergūt colore obscuriore, & secus colorem videri facit, quàm sit, idque tū maxime gerunt, quando quidpiam in aere, vel in aqua videri volunt. Quinetiam sol cum cœlum hoc nostrū serenum est candidus apparet, sed quando oppletum est fumo, aut caligine, puniceus videtur. Color enim qui supra piogitur quando ab eo qui suppositus est differens erit neuter totus integerq; apparebit, sed alter ab vtroq; videtur Hic modus alter est multitudinis colorum secundum proportionem albi & atri colorum qui videntur, & in causa sunt, vt reliqui cernantur & videantur. Si enim color, qui in profundo collocatur cādidior fuerit, & ater color insidebit in superficie, ex his visio tertij coloris orietur: si quoque ęquè vterq; color depictus erit, adhuc alter emerget color & si est contra vel quauis alia proportione eorum copię vel in profundo, vel in superficie collocabuntur colores antedicti, varia erit eorum visio. Hanc demum opinionem aliam esse à prædicta perspicuum est quoniam prior coagmentationem eorum colorum introduxit, qui ob paruitatem percipi nequeunt, hæc verò copulationem quandam inuehit colorum. quos supra intiaq; pictores deliniunt.

Quemadmodum veteres colores quosdam defluxu esse tradiderunt quibus sanè quicque videretur, absurdum est dicere. Nam tactu singuli sentiantur necesse erit. Cótex. 21.

Supra duas numerauit opiniones, quę plures colores ex admixtione albi, & nigri contrariorum videri fatebantur, inter quas interiecta erat veterum opinio, quę modum afferebat, quo cerneret aspectus. Existimabant veteres à rebus cernendis quædam imagines, & idola eildem persimilia contiruè manare vsque ad aspectum, & hunc ferire, quo defluxu cernere asserebant Com. 21.

bant animalia. Huius sententiæ principes extiterunt Democritus & Leucippus qui item addiderũt ex coagmentatione eorum colorum, qui præ exiguitate & angustia cerni nequeunt, medios videri colores. Quinetiam in eãdem opinionem visus est Empedocles incidisse, de quo paulo ante mentio facta est. Quoniam itaq; non rectè sentiunt neq; in illo cerni modo quicquam potest, refellitur opinio, quoniam per tactũ aspectus perciperet obiecta sua, siquidem corpora, illa, quę manant à rebus aspectum ferian oportet, qua sententia nihil leuius, nihil absurdius, nihil absurdum non expressit, quod quidem esse conijcio, quia si tactu aspectus cerneret, percipiat calorem, humorem gelu reliquaq; contraria percepta sensu tangendi oportet. Aspectus autem nihil eorum percipit, sed hoc in loco opinionem confutabimus alijs argumentis.

Inuectiua in Democritum & Leucippum & Empedoclem perpulchra.

QVONIAM fatebantur à rebus cernẽdis defluxus promanare ad aspectum vsq; si ita concedatur, qui fieri potest, vt non celeriter absumatur res cernenda cũ ab ea continuè auellãtur tot corpora profluentia ad aspectum? ꝙ si dixeris loco eorum, quę præcisa exhaustaq; fuerant, alia succedunt conglutinanturq; quasi refici restaurariq; res aspectabilis videatur, multis sanè rationibus improbabitur responsum. Primum cur res cernenda nõ sem per eo refluxu renouatur, vt eius æqua moles permaneat, & perpetuò conseruetur? Quæ item causa afferri potest, vt ad perscriptam molem vsq; augeatur & diminuatur? Deinde non video quomodo tueri similitudinem possint ea, quę auelluntur, & quæ iterum loco eorum conglutinantur. Nã opinio tuebatur idola, quæ promanarent ad aspectum persimilia figura, & forma cum rebus cernendis esse, qua de causa aspectus colores percipiebat. Preterea, si continuus est defluxus ab omni parte rei aspectabilis nimirum quæ separantur intercludent curriculum his, quæ accedunt quo minus congregentur & cum re cernenda copulentur vel contra quę affluunt arcebunt, & propellent quæ accedunt ad coagmentationem. Quomodo ita magno ventorũ flatu cum ea quæ affluunt exilia sint non deleantur? Et enim videmus, cernimusq; flante Borea in eo circulo quod fingunt. Adde interualli quo labuntur & confluunt ad aspectum nullus erit aspectus, siquidem tot idola aciem oculorũ occuparint. Quinetiam quid erit causæ, cur clausis palpebris non cernitur, cum subtilissima sint, quæ aciem pertingunt oculorum? Clausis.n. palpebris aditus multi, qui in oculo insunt certè patebunt, quod intrare poterunt. Item cur si res aspectabilis iungatur oculo supraq; collocetur nihil cernit aspectus, etenim non minus tum concurrunt idola ad aciẽ oculorum, quã cum aberit ab oculis res cernenda? Cur etiam aspectus lumen desiderat, vt quicq; aspicere valeat? Accedit quoniam vel aspectus cernit quando imagines confluentes ad aspectum vbi peruenerint illic morantur, vel quando retro pedem referunt ad rẽ cernendã, quã si prope oculos commorantur. itaq; interuallum & curriculum earum aspectus non percipiet si verò tum cernit, quando eo redeunt, vnde fluxerunt, primum longum tempus conteret aspectus in cernendis rebus quæ longè absunt, cui cõtrarium animaduersum est. Neq; adduci possum quomodo interualli vel aeris defluxus pertingens oculũ ab aspectu possit percipi quando idolum per idem curriculum ad aciẽ oculorum traijcitur, & ingreditur? Primũ quomodo tantum aeris aspectus capiet? Etenim quarta est cuiusque idoli moles, tantum etiam aeris, quæ inter rem cernẽdã & aspectum interiecta est percipiatur oportet. Deinde vim propellendi aerem idola habebunt. Cũ præterea ventus increbrescit pellantur idola, pellatur aer oportet, quoniam iamdudum compertum est ventos aerem interiectum disiecisse quod si idola subtilissima ictus ventorum excipiunt & sustinet. vt per mediã eorum aciem ad oculos confluat, quanto magis per aerẽ penetrabit ad oculum vsq; quid itaq; erit. quod adæquabit aciei oculorum aerem ingredientem? Quale item iudiciũ aspectui dabitur, vt possit discernere molem figuramq; rei visę, si partem solum & tantam molem ab idolo accedente cœperit, quanta continetur pupilla? Et enim si sæpe multisq; vicibus multa capit & recipit, quomodo, & quamobrem aliam atque aliam idoli partem capit, & non eandem semper & idoli, & interualli? Quod si semper annectitur quidpiam, quæ erit hæc compages in aspectu sicut theatrum vel tem plum per eas minutissimas partes, quæ ab idolo accedente proficiscentes oculum ingrediuntur, ipsi videre videamur. Qui item illæ effigies aliarum rerum, quæ feriunt aspectum non peruenient cõtinuationem eius quod prius comprehẽdebatur ab oculo, siquidem tot toties q; idola à re visa ad aspectum feruntur, qui quanta est moles pupillę aliquid ab ipsa re vniuersa semper aliam atq; aliam ab idolo partem recipiet? Neque video item quomodo à lenibus & perpolitis rebus eius figuræ idola imaginesq; capere queat, quę ita præcisas habeant eminentias, vt res ipsę perpolitæ, vel quonam modo à speculis, vel quomodo illæ eminentiæ eorum quę feruntur in oculo morantur, cum præsertim hę rerum imagines exiles, perq; tenues sint, nec in vnũ congerantur? Quamobrem item vbi parum recesserit vel amota fuerit res visa ab eo loco, in quo erat; eædẽ imagines remanent in aspectu cum his, quę prius inerant? Quod si aspectura dixeris receptis idolis informari pa ratioremq; effici ad videndum profectò res cerni per idola minimè tueri poteris. Perspicuum enim est aspectũ idolo simulacroq; rerum informatũ aliquid aliud videre præter idolum. Quæ itaque & quomodo dicẽda sint in eos, qui à rebus visis fluere aliquid, & hoc modo visa cerni dicunt, iam patefecimus. Verum Aristoteles solum monuit non esse consentaneũ, vt quemadmodum veteres arbitrabantur animalia cernerẽt, quoniam supra demõstrauit cernẽdi sensum effici nõ posse alicuius rei defluxu. Proinde suam opinionẽ subiunxit, quam etiam in commentarijs de anima probauit dicendo.

Quamobrem multa melius iudicarim interuallũ inter sensum, & id quod cadit sub sensum mutatum afficiendo aspectum, quã tactu, & defluxu cernendi sensum efficere. Cõte. 22.

Sensus aspiciẽdi visis rebus effectus, quemadmodũ obiectis suis quisq; sensus alius, & minimè aliquid agẽdo vel emittendo sentit. Verum afficitur non quia quędam fluant à rebus subiectis sensui. sed quia perspicuũ interiectum inter rem visam, & aspectum actu illumi natum à cernendis rebus id est à coloribus mouetur. Color enim vim ciendi pellucidum habet. Eodem in quam modo actu pellucidum mutatur à coloribus, vt afficitur prę sentia eius quod illuminare potest cũ possit lumen recipere, & illuminari. Perspicuum cum mutatum aliquomodo & affectum actu à rebus visis speciem efficiemus, earum rerum confert aciem oculorũ similiter vt accepit, cum nec minus ipsa acies pellucida sit, & cum porrò pupilla effigiem speciemq; rei visæ à pellucido acceperit, & primo sentienti obtulerit, quia meatus refertus & completus est eiusmodi corpore, tum cernit oculus & minimè rerum aspectabilium defluxu, persequetur proinde illico absurdũ ostendere in quo lapsi sunt. qui cæteros colores ex admixtione albi & nigri, qui ob exiguitatem sub aspectũ cadere Com. 22.

dore nequeunt proficisci dixerunt, & fluxum videndi cernendiq; causam esse asseruerunt.

Côte. 23. *Quoniam si magnitudo cuiusq; eorum quæ coagmentãtur, mutuoq; temperantur aspectu non percipitur, aque necesse est vt tempus nullo sic comprehendatur sensu.*

Com. 23. His verbis inuehitur in eos, qui coniunctione colorum, quos intueri ob paruitatem nequimus reliquos misceri & subsistere natura existimarunt, ac crediderunt defluxu imaginum, quæ à rebus visis ducerentur animalia cernere, quoniam in illud labuntur absurdum vt premantur fateri nõ minus tempus quoddam à sensu incomprehensibile, quàm corpus & magnitudinem quandam affirmari oportere, cum hãc aspectu non percipi sentiant. Omnis enim motus tempore dimetitur, quamobrem confluxus ille, qui à rebus visis ad aspectum peruenit tempore dimetiatur oportet. quod sanè tempus à nullo sensu percipi necesse est, cuius causam affert.

Côte. 24. *Vt nos lateant idolorum nutus, & quia simul videntur, vnus appareat.*

Com. 24. Cum celeriter admodum strictimq; cernatur si ita res intuemur, vt nonnulli tradunt: Nam tantum imaginis idoliue oculorum acies capiat quãtum confluxu imago suo feriendo aspectum huic ingerit necesse est, Quocirca rem visam tãquam vnã semel, & vno ictu videre videbimur oportet vt tales ictus confluxusq; imaginum nos lateãt quoniam tempore agũtur quod nullus sensus percipit, quasi non paulatim gradatimq; sed subito cernamus. Qui ergo hoc modo sensum cernendi effici asserunt, tempus sumant nullo sensu perceptum oportet. Proinde conduplicatur absurdum eorũ qui copulatione colorum, qui sensu non apprehenduntur cæteros colores differre arbitrati sunt, siquidẽ cernendi sensum effici defluxu imaginum à rebus visis cõcedant, primum enim absurdum est quod magnitudines nullo sensu perceptas introducunt, secundũ autẽ quoniam tempus dent à sensu nõ comprehensum necesse est, Verum tribuit his tanquam proprium & peculiare absurdum illud, tempus videlicet non percipi sensu. Etenim cum crediderint colores paulatim coagmentari, & ex hac coagmẽtatione cæteros differre colores, illud probent, videlicet multa visa vt vnum videri, propterea quod à quacunq; re defluxus solitarius & separatim feriens oculum nos latet, & videtur visum, & id quod cernitur tanquam eius comprehensio vnà semelq; facta sit.

Côte. 25. *Sed hoc loco nulla cogit necessitas vt sit quemadmodũ diximus. Color inquam qui in superficie inhæret immutabilis cum à supposito colore mutetur, nec similiter feriat aspectum alter sanè videbitur, nec albus nec ater indicabitur. Quare si nulla potest subsistere moles, quæ obtutum oculorum fugiat, nec vlla inueniatur, quæ non ex certo interualli spatio videatur, qui erit eiusmodi colorum admixtio? neque memorato supra modo quicquam vetat, quin communis quidam his color videatur qui longe absunt, Cæterum an nulla subsistat magnitudo, quæ aspectu non percipiatur, postea accuratè perpendemus.*

Com. 25. Narrat hoc loco eorũ opinionem, qui vicissim vnũ per alterum colorem videri arbitrabantur, & eorum coagmentationem videri, haud tamen tanquam subsistere. Colorem enim, qui in superficie collocabatur cũ mutaretur ab eo, qui subijcitur, asserebant visionem rei visæ effici diuersam ab vtraq; eorundem colorum quando essent separati. Quocirca vt differebant colores suppositi, varia diuersaq; rei visæ visio erat. Hãc autem opinionem esse meliorem prædicta, quæ misceri colores statuit, his verbis declarat. Quare si nulla potest subsistere moles, quæ obtutum oculorum fugiat, nec vlla inueniatur, quæ non ex certo interualli spatio videatur. Hęc certe opinio adiecit colorem nullum esse, qui sensu non perciperetur. Verum tempus, quod non comprehenditur à sensu silentio Aristo. præterijt quoniam in hoc absurdum illa incidat oportet, quoniam si confluxu idolorum quę à rebus visis proficiscuntur ad aspectum cernunt animalia & eo vt dictum est modo tempus detur nullo sensu cognitum necesse est. Vel hæc verba aliter possumus interpretari, quoniam vbi duas exposuit opiniones, quę multos variosq; videri colores tradiderunt, alteram videlicet quæ prima fuit & inuexit quandam coagmentationem colorum, qui haud cerni præ angustia & exiguitate possent, & alteram, quæ vnum colorem supra alterum allocauit, deinde quæ formula & præscriptio earum, quas cernendi vtraq; statuit opinio colorum admixtionem tueri valeat patefacit. Prima enim reiecta est quoniam defluxu specierum, & idolorũ nihil cernere datum est, quod tamen arbitrabantur veteres nonnulli. sic autem aspectus erit tactus, Res inquam intuemur quando interuallum inter aspectum & rem visam pellucidum à rebus visis mutatur & afficitur. Ostendit porrò defluxu aspectum cernere absurdum esse. quoniam qui ita censent magnitudines nullo sensu pceptas cõcedãt oportet, quinetiam tempus nullo sensu cõprehensum. Conduplicatur itaq; absurdum, siquidem (vt demõstrabit) nulla est moles, nec vllum tempus quæ suapte natura sensu non percipiatur. Omnes enim qui tam leuẽ opinionem habuerunt, vt causam cernendi fluxum existimarent, in hoc absurdum lapsi sunt, quoniam tempus (vt diximus) nullo sensu perceptum dent necesse est. qui verò (quemadmodum ij fuerunt, qui ante Aristotelem philosophati sunt) admixtionem colorum nasci ex mutua albi, & nigri coagmentatione voluerunt propterea quod album & nigrum nullo sensu percipi crediderunt, cum magnitudines nullo sensu cognitas, quod quidem primum est absurdum, tum etiam tempus similiter nullo sensu perceptum, quod est secundum absurdum concedant oportet. Si enim paulatim pupillæ ex illis defluxibus aliquid capit, & tantum sanè quantum ei concessum est recipere, si quod cernitur velut vnum & continuum cerni debet tẽpus, quo idola feriunt separatim aspectum, & adeũt aciem oculorum, nullo feriatur sensu oportet: quoniam secus vna rei visæ comprehensio esse nõ videretur. quamobrem in illa duo absurda sepissime numerata, & memorata incidunt, quorum neutrum verum esse demõstrabit. Hæc itaque absurda non accidere his ostendit, qui cernendi sensum effici interuallo mutato à quo demum aspectus afficitur dixerunt, in quorum numerũ sese libro de anima adoptauit. Huc itaque cõtextu orationis, vt ostendat quod diximus, exemplo eorum vtitur, qui colores misceri inter se opinabantur, quoties vnus supra alterum collocaretur. Nam inquit, Sed hoc loco nulla cogit necessitas. Hoc loco dixit perinde ac dixerit illa opinio præiudicata libro memorato, quæ cernetẽ animalia interuallo pellucido mutato statuit, nec magnitudinem vllam inuehit nullo sensu perceptam nec tempus vllum sensu omnino occultum. Causam affert, quoniam nec illi colorata introducunt nullo sensui subiecta, nec tempus affirmant incognitum sensu vt idola ferire aspectum valeant, qui vnum colorem alteri supponunt, sed contenti sunt colore, qui afficiat interuallum interiectum inter eundem & aspectũ vsque ad aciem oculorum. Perspicuum inquam secus affici solet quando simplex solitariumq; est, quam cũ illi aliquid adiunctum subiectumq; fuerit à quo nempe afficitur. Non enim tum velut simplex, sed tanquã concretum & admixtum, & à se diuersum afficitur ab illa varietate colorum, quorum vnus supra alterum collocatur. Quæ vbi dixit illico annectit. Quare si nulla potest subsistere moles, quę obtutum oculorum fugiat,

Multa reperit Alex. in codi ce impresso, sed error impressoris fuit

nec vlla inueniatur, quæ non ex certo interualli spatio videatur, nimirum hoc modo erit colorum admixtio, id est si non erunt magnitudines, quæ nullo capiantur sensu, qui sanè erit colorum admixtio videlicet secundum coagmentationem colorum, qui non percipiuntur aspectu, quasi dicat nulla, si non subsistunt magnitudines nullo sensu perceptæ. Secunda opinio iam recitata tueri posset admixtionē colorū propterea quod vnus color supra alterum collocatur, & vnus alteri variè admiscetur, & quę tamen opinio non inuexit magnitudines nullo aspectu perceptas, quæq; non vetat quin ex coagmentatione colorum & copulatione quædam oriatur admixtio & videatur his, qui eminus aspiciunt. postremo sese ostensurum recipit nullam esse molem quæ suapte natura non videatur, neq; vllam constari admixtionem posse, quę constet ex his coloribus, qui sub aspectum cadere nequeant.

Côte. 26. *Quòd si non solum in ea admixtione corporum, quæ cū minima, tum etiam humanis sensibus incerta mutuo coagmentantur, quem coagmentationis modum quidam decreuerunt ipsi conquiescimus, sed etiam illam cupimus iā dudum eo in loco, quem de rerum omniū admixtione in vniuersum expediuimus introductam tueri, in qua nimirum singula res sese vndiq; ac omnino vicissim complectūtur, & pertingunt: iam quomodo colores mutuo permisceantur, & qua de causa, cuiq; compertum erit. Interea verò nobis monendum est, propterea nos minime primo duntaxat miscendi modo contentos esse, quod eo quidem solum illa temperantur, quæ in minima velut homines, equi, aut semina secari possunt. Quis enim ignorat quendam hominem, vel aliquem equum omnium minimum esse? Quamobrem illam mutuam multorum coniunctionem malim quandam eorum multitudinem dici qua in vnum cumulantur, quā aliquā rerū admixtionē. Vnū namque hominem vni equi minime admisceri diceremus. Ipsi porrò statuamus quæcunq; in minima diuidi nequeunt, hæc nō posse propriè commisceri, sed ea solum, quæ cum vndique mutuo temperantur, tum etiam suapte natura maximè commisceri solent. At quonam pacto hæc possint inter sese cō misceri, loco de admixtione iam pridem dictum est nobis. Sed ad colores redeamus, quorum temperationem eadem aperte efficit necessitas, quæ etiam alia commisceri vrget Et eadem certe causa est, cur plures extēt colores, illæ porrò ambæ reijciantur prædicta, altera quę est vnius supra alterum collocatio altera verò constitutio eorum, quæ mutuo cohærent. Neque enim procul, & prope minime, sed vndique vnus eorum, qua miscentur color apparet. Iam verò multi extant colores, propterea quod variâ ac multiformi proportione ea commiscentur, quibus suapte natura comparatum est mutuo temperari, quæ sanè partim instar numerorum, partim verò secundum quendam excessum solum copulantur. Reliqua verò eodem modo, ad quē ij etiam colores mutuo admiscentur, quos alij ex coniunctione quadam colorū mutua, alij ex quadam descriptione, qua vnus supra alterū collocabatur, plures videri asserebant. Sed alio dudum loco de his, qua miscentur, pertractatum est diligenter. Restat rationem afferre, cur finitæ & non innumerabiles sint saporum, ac sonorum species. Quid itaque sit color curque multi habeantur, iam patefecimus.*

Com. 26. His verbis nunc quid sentiat, & in quo potius conquiescat compertum facit. Nam ab his opinionibus, quas supra recensuimus propterea dissidet, quod illæ non vere commisceri colores, neq; subsistere, sed solum videri eorum admixtionem existimant, at ipse cō tra & eos vere misceri, & à visis imaginibus quę re nulię sunt ad rem veritatemq; colores traduci. Vnde si temperantur vt veteribus videbatur secundum quandam videlicet eorum compagem, aut in vnum collectionem, quæ cum minimè, tum etiam nobis incerta sunt quod sensu percipi nequeunt, & non quemadmodum libro de rerum ortu docuit, quando scilicet singulas res vndiq; sese vicissim confundi, & complecti, & minimè secundum mutuum quendam cumulādi modum commisceri asseruerat, nimirum ea sola mutuo tēperari dicenda essent quæ in minima diuidi possent. Hæc inquam sunt quam simillima partium vbiq; è quibus vnum quippiam numero sumere possumus quod nequeat secari, qua ratione illa, quæ permiscebantur in diuidua dici debent. Solent enim secundum hanc normam, & perscriptionem solida, & ea quę partes habēt dissimiles, vt homines, equi, canes, boues, semine in vnum conuenire. Non enim horum vllum est, quod non habeat aliquod vnum numero, ac minimum in sua speciæ, quodq; in similia scindi nequeat. Etenim nec vnum hominem nec vnum equum alterum in homines, alterum verò in equos, nec id genus aliquid cō cidere patrijq; possumus. Quamobrem admixtio indiuiduorum secundum quandam constitutionem hac ratione efficeretur. Nam equi canibus, & hominibus, ac ordeum auenę, & milio hoc modo miscentur, vbi quędam constitutio fit eorum, quæ plura sunt, & minima restant & permanent. Verum nec equus homini additus, nec vnum tritici granum vnī ordei cohærens vere proprieq; admiscetur, sed ea mutuo temperantur, quæ sunt humectæ naturæ, & similes vndiq; inter se partes habent, è quibus nullum minimum ex cernere valemus. Hæc inquam misceri constitutione eorum mutuo, quę minima sunt, dici non possunt, sed quadam eorum temperatione, quę sese vndique commutant, & confundunt. Hæc inquam vere, & propriè commisceri ac mutuo tēperari fatemur. Verum quoquam pacto aliquid vniuersum queat confundi ac misceri in commētarijs de rerum ortu ac interitu pręsertim loco de commiscendis rebus retulit. Quocirca se in loco de rerum admixtione latius disseruisse commemorat, quo etiam eandem esse eorum, quę admiscētur materiam voluit, idq; esse in causa dixit, vt quod alicui admisceretur ab eodem pateretur, & retrorsum vicissim id quod est illi admixtum, ab eodem etiam mutaretur vt mutuo temperari & cohærere possint. Quod sanè tum maximè fit quando eorum, quę miscentur æquali vi, ac imperio fuerint, vel quando vnum alterum nō ita opprimit, vt idem præmatur sua prius amissa specie mutari ac conuerti in eius naturam, quin cum pariter commeant, & æque forti manu congrediuntur sese vicissim remittant, & mediocritatem suis pulsis immensis viribus quibus pugnam ac discrimen inter se pariter sustinebant, ita retineant, vt ex eo conflictu aliam tertiam naturam vel speciem ędidisse videantur. Cuius rei exemplum id sanè ipsum subijciam. A qua & vinū si ad eum modū sese mutuo tēperarint, vt mutuo suas vires remittendo mediocritate subsisterent, ex his profecto quædam species ac natura ab vtraq; seorsum separata vel differens orietur. Hæc nempe cum humida sint, & nullo certo termino circunscripta, non constitutione quadam, & coniunctione, sed copulatione ita cohærent, vt continuata sint, & in vnū prorsus cōcurrant. Quo sanè modo aqua per vinum vndique penetrat, & vicissim retro vinum per vniuersam aquam cō meat, quæ admixtio multo melius vocatur temperatio, & complexio. Itidē penè colore permiscentur quā do scilicet corpora, in quibus inhærēt, sese vndiq; mutuo tranarint, & permiscuerint. Vt itaq; eorum corporū cęteræ affectiones se habent, ita ipsi colorum contrariorum temperatio, quam item causam esse decernit, cur plures extent colores. Tum.n. minimè plures sunt, Homæomeria.

sunt,quāquā multi videantur,cum vnus supra alterum (vt veteres putauerunt) collocatur & pingitur, vel quando ita cohærent & colliguntur,vt deuinci, & iungi,sed non permisceri dicantur.cum autem re ipsa inter sese miscētur,multi reuera colores subsistūt.Quod verò ita fit,hac oratione perspicuū fecit dicens. Neq; enim procul,& prope minimè, sed vndique vnus eorum,quæ miscētur color apparet.Si enim varij ac multiformes procul,& secus multo quam si prope collocentur,videri solent,neque ijdem sunt ex aliorum admixtione,neq; veri sunt colores.Cæterum varios colores oriri propterea asserit,quod multiformi ꝓportione permixtio fit.Et quemadmodum nonnulli quādo vnus supra alterum collocabatur, vel quando ex mutua cohærentia multi videbantur in quodam versabātur æquali proportionis cōsilio,& ratione,nōnulli verò superabant,ita se habent ij,qui vere admiscētur mutuo.Nam vt illi secundum quandam vel vnius supra alterum collocati, vel cohærentium mutuo habitudinē multi,& dissimiles apparebant,ita ij quadam eorū,quę miscentur cōparatione plures ac varij extant. Etenim ob variam eorum admixtionem quidam nascuntur iucundiores,quiq; sensum magis oblectant.quidam verò minus.Postremo exposita causa cur colorum species in certum ac finitum numerum referantur, & minimè innumerabiles sint,itidem de cæteris sensuū obiectis,de saporibus inquā,de strepitu,sonituve,de odore,de tractabili sermonem sibi instituēdum esse ducit. Causam cur finitæ & in certum numerum conferantur species obiectorum hoc fere modo allaturus est. Quæ enim certis finibus ac terminis concluduntur horum etiam quæ interiacent media numero certa ac definita sunt,sed quæ oriuntur,& gignuntur pro suis finibus contraria habent,quæ sanè inter se plurimum distant.Fines item inter quos intercedit spatium in genere collocantur.cum ergo omnia,quę sub sensum cadūt pugnantia atq; contraria sint,terminos etiam ac fines habebunt certos & finitos, quinetiam media itidem, & minimè species obiectorum sensus innumerabiles erunt.Quid denique sit color(vt ad propositum reuocemur)curq; multi,ac varij non solum videantur, verumetiam subsistant,dictum est nobis.

SECTIO QVARTA
Interprete Lucillo Philathæo.

Cōte.27.

Com. 27.

CVM abunde commentarijs de anima de sonitu,& voce disputauerimus.

Huius opusculi initio cum in animo suo haberet de his dicere quæ sub sensum cadunt.& colorum qui cernuntur naturam perorasset, ne sermonem suscipiat nunc de sonitu & voce hæc commentarijs de anima tractata vberrime satisq; fatetur,in quibus soni tum docuit esse actum eius,id est aeris qui vim sonitū ędendi habet.Sonus enim dicitur aeris actus quoniam aer est quoddam subiectum soni. Sonus iecirco fit cū aer sic,& ab eiusmodi corporibus ictum excipit, à quibus prohibetur ne dissipetur dū fertur quod quidem fit quando ictus eius celerior est à terra factus, quā sit eius dissipatio. Vox autem est ictus eius aeris ac spiritus,quē anima cū quadā cogitatione & mente per pulmones vsq; ad arteriam extrinsecus haurit & respirat.

Cicero de natura deorum melius desinit vocem.

Cōte. 28.

Sequitur itaq; de odore & sapore oratio.sunt enim ferè eadem affectio & si non in eisdem vterq; versatur.Genus porrò saporum nobis euidentius est,quam illud odorum cuius rei ratio illa est,quod sensus odorādi in nobis hebetior multo,quam in cæteris animantibus inest. Contra autem tactus omnium sensuū qui in nobis collocātur acutissimus est.sed non ita in reliquis inest animalibus. Quod sit actus,itaq; & gustatus in nobis est acerrimus,quando quidem gustatus est quidam tactus,

Hoc de eth exemplari in tacto.

Com. 28.

De odore & sapore, quorum alter ab odorato, alter verò à gustatu sentiri potest, sermonem suscipere vult.Cur autem de vtroque simul mentionem fecerit his verbis affert causam. Sunt enim ferè eadem affectio,& si non in eisdem vterque versatur. Eadem in quam affectio esse creditur: propterea quod ipsi iamdudum placuit saporem & odorem a ido diluto atq; expresso,quod in saporibus percipitur ex humido pro siccisci.Et quamquam ita sit, tamen non versantur in eodem,quia sapor in aqua efficitur, & odor potius in aere,qui licet etiam in aqua fundi solet.Hæc autē post hac tractabit diligenter.Sed hæc interea animaduerte. Dicit. Sunt enim ferè eadem affectio, idest simili patibilitate ambæ qualitates, odor videlicet & sapor nascuntur. Verum etsi similes videntur antedictæ qualitates, & prodeant nascanturque ferè similiter,saporum tamē affectio nobis notior atque illustrior est quam illa odoris cuius rei causam adducit. Odoratum ipsi habemus cæteris nostris humanis sensibus imbecilliorem, tum etiam illis beluarum deteriorem Secus tactus noster, qui & reliquis corporis nostri, & omnibus bestiarum multo antecellit. Quapropter ipsi non æquè, ac cætera animantia æstum hiememque toleramus ac sustinemus , quia hic sensus tanto melior est, quanto magis ab excessu qualitatum abhorret. Demum quod libro de anima dilucide & aperte etiam dixit gustatum quendam tactum asseuerat.

Cōte.29.

Humori inquam comparatum natura est, vt insipidus sit.Verum ad vsum gustandi necesse est,vt humor vel saporum genera contineat, quæ propterea sentiri nequeant Empodocle authore, quod per exigua sunt., vel eiusmodi materia cēseatur,quæ omniū saporum seminibus grauidata omnes pariat,& fundat ex sese,& ex diuersis partibus sapores,quæ humor est.Vel cū humor aquaue nusquā dissimiles partes habet,tum varietas saporum ex causa esse ctrice ducitur quam fortasse quispiam solem & calorē esse censeret.Verum horum Empedocles aperte mētitur.Solemus enim animaduertere quando fructuum cortices circuncidimus,ex ea præcipue parte quam apricantur, & sole calescunt,ob calorem mutari sapores sic, vt ab aqua minimè fructus talem saporem cōtraxisse videantur. Quin etiam diuturnitate quadam cortices cum mutātur & maturescunt conceptum succum perflant fructus sic , vt qui dulces fuerant in austeros acerbosq; ac multiformes sapores conuertantur.Similiter eorum reprehenditur oratio, qui humorem tanquam quoddam seminarium omnium saporum putauerunt.Hoc enim fieri non potest, propterea, quod obseruauimus ex eodem quasi è quodam suo pastu, varios sapores oriri. Restat ergo, vt aqua permutetur quia quidpiam patitur.Quod verò neque à calore talem vim,quam saporem vocamus aqua sumat , perspicuū est. Aqua enim cæterarum rerum,atque olei.quæ sunt humecta naturæ tenuissima est.quamquam oleum suo lentore fusius vagetur.Est enim aqua suapte natura dissipabilis, iccirco difficilius est manu continere aquam,quam oleum Verum cur aqua sola subditis ignibus nihilo plus crassior fiat,alia afferenda ratio est.Sapores enim omnes crassiores sunt,demum calor est concausa.

Com.

Aggreditur primum ad dicēdum de sapore . Sumit iccirco aquam humorem ve à cæteris separatum, insipidum esse,nec à gustatu sentiri posse. Idq; tanquam

peripi

perspiciuum petit. Sed cum in humidis sapor inhæreat, & degustandi sensus ad exercēdum munus suum (vt libro de anima docuimus) humore nitatur, quamuis ab omnib. huiusmodi mutationibus differat: iccirco quærit quomodo ille in humido versetur. Et primum quasdā leues opiniones cōgregat, quib. reiectis in sua insistit. Vel enim necesse est, vt aqua (quęadmodum Empedocli placuit) omniū saporū genera, id est singulas species permixtas in se intus cōtineat, quæ ob exiguitatem à sensu percipi nequeāt, id est sensū adeo effugiant, vt sparsę vndiq; saporis paululum retineat Et cum à plantis, vel ab his, quæ saporem habere vidētur hauriuntur, & cumulantur, & simul plures inter se similes oriuntur, tum vel maximè sentiri possunt, & ab aqua differunt, quia in his inhærent quæ ab aqua intersunt. Quod si degustari sapores nequeūt, huius vitij causa est saporis copia. Vel dicēdū fuit humorē actu nullum saporem, id est iam existentem in ipso habere, sed potius esse quandam omnium saporum materiam. Illud porrò verbum notato πανσπερμίαν, quod significat quoddam seminarium, in quo fusa sunt omnia semina saporum, & minime in vna illius parte. Etenim Anaxagoras, qui singula singulis commisceri, ac secerni a quoque singula, & res hoc modo cōfici tenuit, minime huiusmodi distractionem, & segregationē ab vna & eadem parte fieri assentiretur. Hic enim secretione prius ossium, deinde mutua eorundem coniunctione, & coagmētatione ortū eorundē conflari censuit. Itidem neruos gigni è neruis, & minime ex ossibus asseruit. Similiter hac in re humorem tradidit esse materiam saporum, in qua sapor nō è quocunq; fortuito & temere adducitur, & gignitur, sed ex suo certo, & definito, qui cum similitudinē quandam & cognationē teneat, quinetiam secūdum quandā habilitatem ipsius humoris, qua idem saporibus afficitur, & informatur & exempletur, & ita oppletur, vt singuli videantur ex humore proficisci, ita tamen, vt ex quibusdā certis & perscriptis illius partibus exijsse, & in lucem cōparuisse iudicentur. Quibus non contentus, hæc prętereà, addit, differentiā videlicet saporum non aliunde nasci, q̄ è diuersis aquæ humorisque partibus, quæ varijs modis digerantur, & constituantur, propterea quod in liquore, & humore omnium saporum semina initiaq; intus sunt, verum ea semina non eadē in singulis partibus collocantur, sed membratim, & separatim quæque sunt reposita in sua humoris vniuersi parte. Quo fit, vt omnes sapores ex aqua oriantur quāquā nō quicunque temere ex qualibet parte secernatur, & separetur, quippe nullus vniuersam aquam obsidet, sed quicūque suam partem occupat & obtinet. Fortasse his verbis, Vel materia eiusmodi censeatur, Illam Democriti ineptam sentētiam complexus est qui cum atomos rerum omnium elemēta arbitrabatur, tum etiam vniuersa & quæq; singula eisdem corpusculis refersit. Sed ne hāc opinionē cōmemoret, incertum est, satis tamē esse opinor hoc monuisse secundam opinionem a prima apertissimè dissentire. Nam Empedocles decernit in ipso humore actu quosdam sapores subsistere, antequàm ex his alij nascantur. Hæc verò quandam aquę partium habilitatem describit, qua possint sapores quā facillime recipere. Tertiā adhibet quoq; opinionem q̄ fregit illam partium aquæ dissimilitudinem illam differentiam, qua superior opinio ex multis varijsque, partib. aquæ diuersos sapores fluere dicebat, hęc tamē cum illa consentit eādem asseuerans cuiuscūq; saporis materiam, & causam eandem quoque tradit esse saporum, cur videlicet varij & multi prodeāt. Hanc autē causam forte quispiam solē aut omnino calorem esse censeret, qui quoniam interdum olentia calor magis concoquit, interdum minus: ex hac multiplici porrò digestione, ac varia, sapores varios in humore nasci diceret. Quæ opiniones cum leues futilesq; sint, nec veri quicquam habeāt, eas mirabiliter labefactabit. Empedoclē proinde primum refellere aggreditur. Quod si propterea quod sapores sati, ac sparsi sunt in eo succo, & humore, quem cum plantæ arboresq; attrahunt, earum fructus & poma capiunt, atque varij concipiunt cū in humore, quem stirpes combiberant multi ac dissimiles fiant, oporteret, illud etiam fateri quando aquā succumq; stirpes & arbores attrahere desisterent, neque poma haurire sapores, neq; eisdem imbui, sed eos solum permanere, quos initio aqua receperat, & comparauerat. Sed multo aliter euenire videmus quoniam poma postquam ab arborib. excerpsimus si soli exposuerimus detractis suis tegumentis, & his, quę tegunt fructus & complectuntur, vt in nucibus & auellanis, ac cæteris id genus fit ob nouum susceptum calorē secus ac prius degustantur. Vel forte sic intelligēdū esset, quod sola mutatio tegumētorum, quibus sepiūtur, & tanquā vallo muniuntur fructus facit vt permutentur, & alios sapores recipiāt, cuius rei illud occurrit indicio quod circūcisis & amputatis corticibus alios possunt sapores concipere. Vel etiam dixit quādo cortices circuncidimus id est qn̄ a plantis fructus excerpimus, quos ꝓpterea excerpimus, qđ cortices & inuolucra quibus inuoluūtur fructus ab arboribus, euellimus, ꝙne mirum videatur, nempe sunt quidam fructus q dū suis corticib. inuoluti sunt indigesti, & peracerbi vidētur, sed decerpti quanto tp̄is spacio durauerint, interea dulcescunt, & degustātur. Quo sanè fit, vt succus varijs afficiatur saporib. & minimè eos ex aqua extrinsecus capiāt, quinetiā humor succusue a frugibus fructibusq; semotus atq; expressus vt vinum cum ex vua, vel oleum quando ex oliuis exprimitur, multus ac varios cōcipit sapores, & mutationes fert. His itaq; opinor perspicuum esse sapores non confici ex aqua, in qua illi actu sati, atque seminati sint. Adde multos variosq; sapores fieri quādo ipsi etiā bene digerūtur, & cōquuntur, & tamen eo tempore ex humore non extrahunt. Similiter vinum, & id genus reliqua cum digerūtur, & purgantur varios, ac multiformes sapores comprehendunt atq; ædunt. Hæc contra Empedoclē. Deinceps ad eundem fermè modum, nec eos, nec eorum argumenta tolerari inquit posse, qui aquam materiam, & quoddam omnium saporum seminarium probauerūt & è varijs aquæ partibus differentes sapores oriri dicebāt. Nam animaduersum est nobis ex eadem aquæ copia, vt ex eodem cibo multa & varia corpora nerui videlicet, ossa, carnes, venæ prodeunt, vigent, sustentātur differentes sapores affluxisse. Etenim nō solū arbores q̄ vicinę sunt ob humorē velut vitis olea, ficus, & his queq; alia similis varios arripiūt sapores. quinetiā eiusdē plātę, alter. ē sapor foliorū, alter vero est corticis, imo corticis sapor, alter est digestæ & maturæ, & alter est immaturæ. Sed quid opus est longioribus hāc opinionem confutare? Est omnino commentitia, & nihil verisimile habet: ideo ad tertiam se conuertit q̄ non omnino leuē sed mancā demōstrabit qđ putabat aquā humoremq; esse saporum materiā & hactenus superiorib. opinionib. assentiebat, a quib. & pręcipuè ab ipsa ꝓximè adducta ex eo dissētiebat qđ illius humoris gremiū nullā differentiā pati duxit imò saporum ortum, ac varietatem voluit quādā suscepisse causam affectricem quę feruida esset. Hanc quoq; opinionem cōfutat, quod sapores solū à calore in aqua & succo effici credidit. Aristo. autem quanquam ignem caloremque ad procreādos sapores suam operam adhibere uelit, haud tamen illum omni sublata subsidio tot saporum genera producere posse intelligit. quod ne temere dixisse videat hoc prius sūpto probat. Aqua est omniū humectæ naturæ, & eorum quæ facillime transiri possunt tenuissima. iccirco suapte natura solum nixa

secundæ opinionis nūc facit authorem Anax. statim hæc Democritum.

cum efferuescit, & calet, nec plenior, nec crassior fit, ꝙ si solitaria non hebetior fit, nec intumescit recalens & concocta, neque saporem aliquem excipiet, si quidem nullus sapor extat, qui crassus hebesque nõ sit. Et quãquã aqua inter cęteros humores tranari facillimè queat, & permeabilis sit, oleum tamen supra illam non tenuitate, sed lẽtore, aut quodam partium eius nexu quasi visco natare solet, qua etiam ratione supra exiẽlum, & fusum natat, & longe melius, quã instar nauium permeat. Aqua & humor, cõtra dissipabilis est ac cedit quacunque aliquid mouetur, & penetrat, iccirco cum excipit ictum non sustinet, nec cõtinenter vna nauigij more nauigat, sed plerunque diffunditur, & dissipatur. Sed ne videatur ab re monuisse aquã tenuissimam esse, id ipsum nempe nobis suadet, quod cum ipsa solitaria, & à cæteris separata, deferbuerit, crassa non videtur nec permãet. Cum enim ita tenuis sit (vt diximus) nõ crassior relinquitur, vbi concocta fuerit, & deferbuerit. Contra aũt oẽs sapores sunt crassi. Quamobrem hoc vnum defendamus posteaquam aqua recalens nõ plenior fit à cęteris seiuncta, ac solitaria, neque calorem, esse causam ortus saporum in ea, sed quandam concausam. Postremo his velut iactis fundamentis veritatis suam deinceps persequitur sententiam dicens.

Cõte. 30. *Sapor autem quotus quisque sit, qui fructuum cortices afficiat, hic tellurem itidem mutat. Quocirca veterũ plures, qui explicandis rerum naturalium causis se totos dediderunt, humorem vel aquam & cænum, per quod humor penetrat eiusdẽ esse saporis affirmarũt. Quod aquis salsis potissimum declaratur quoniam sal est quædam telluris species. Quocirca liquores, qui per ipsũ salsũ cinerẽ permeant, permeatũ saporẽ reportant. Quinetiam fontes multi sunt amari, multi acuti, multi tandem sapores multiformes habentes. Non ergo immerito quæ terra eduntur, varia saporum genera retinẽt. Nam æquè humor natura, ac cæteris quandam ingenuit habilitatem, vt cõtrarij ictum excipiat quod sanè aridum est. Iccirco ab igne patitur, quandoquidem sicca ignis natura sit, quamquam igni calor proprius existat, et terræ ariditas. Sed de his copiosius dictum est nobis commentarijs, quæ de elementis elucubrauimus. Illud tamen hoc loco commonefacimus nec ignem, nec terram, nec quicquam aliud suapte simplici solitariaque natura agere, aut affici posse, nisi cõtrarijs qualitatib. sibi vicissim ictus inferãt. Quemadmodũ itaque qui solẽt colores, & sapores ipsis liquoribus diluere, ita humorẽ liquoresq; vi est coloris saporisq; facultas afficiũt: natura ita aridum & terreum quæ cum per sicca, & terrena calore adhibito permeet & mutet horũ humorẽ paulatim exiccat. Inde porrò sapor emanat, quẽ definimus esse quandam affectionem in humido, quæ à siccitate memorata proficiscens gustatus facultatem ab ocio ad exercendum munus suum traducat. Nam sentiendi vim ad illud officium impellit quo antea fungi poterat.*

His verbis omnem saporis qualitatẽ in ipsa terra col-
Com. 30. locat, quo nobis persuasum esse vult humorẽ ad procreãdos & constituendos sapores ex sese non suppetere, sed eos educi ac fundi, propterea quod nonnihil è terra hauriunt. Cuius rei testes quam plurimos veteres rerum naturalium disputatores adhibet, qui humorẽ eadem infici qualitate affirmant, quam cœnum per ꝙ transiliuit humor conceperat, quasi palam fateantur, aquam, liquorem, succum à terra saporem attrahere, atque haurire. Sed non contentus testimonio tam præclaro, & constanti idem confirmat euidentia, & perspicuitate quadam. Salsa enim propterea quod per terram permeant eiusmodi talem saporem edere videntur, qualem tellus continet. Sal enim est quędam terrę species. Itaque humor cum per ea salsę terræ abdita transit, eundem saporem contrahit. Et ne alt.us sese immergat oratio, huc summa pertinet, vt nulla prorsus sit terræ qualitas, quam non capiat ille humor, cui per aditus, & meatus terræ potestas defluendi facta est. Quocirca si per venas bituminis serpserit, & dilapsus fuerit, eiusdem saporem retinebit. Itidem amaræ sunt aquæ, quoties per amara loca effundũtur, & defluunt. Age porrò humor, qui per cinerẽ permeans instillari solet amarus & peracerbus videtur. Ex quo illa fontium riuulorumque varietas oritur. Alij enim amari, alij acuti sunt, quod terræ loca per quæ exeunt, varios sapores continent. Sed de fontibus multa à Theophrasto in libro de aqua subtiliter disputata sunt. Sed ad Aristotelem redeamus, qui propterea inquit non immerito esse, vt ea quæ oriuntur è terra plantæ, videlicet stirpes saporem contrahant, qui succo & liquori se admiscet, & hoc pabulo aluntur, vigent, adolescunt, nituntur, virent, frondescũt, demum flores, baccas, fruges fundunt. Nam plantæ cum terram aqua irrigat, & obrutos, mollitos, oblimatos agros tenet eandẽ imbibũt vnumque saporem contrahunt, quod quidem non eo dicit vt velle videatur terram suapte simplici, ac soli aria natura sapere. Nullũ enim corpus simplex suapte natura sapit & degustatur, sed hæc potius profert, vt quo ad saporem producendum primas terræ tribuere videatur, quæ illum vtpote quadã admixtione humidi, & sicci à calido orta atque producta primum affecta excipiat. Nec enim eo scripsisse videtur vt sentiat aquam sapores contrahere quos iam in effectu, actu præsentes tellus habet. Si autẽ eius oratio nõ cuiuscunque prorsus saporis ortum complecteretur, sed eorum solũ quos aqua humorque hauriet. Ac ne dixisse ortum saporũ in humore effici à siccitate terrę suo iudicio pręfisus videatur, hoc etiam testimonium adducit quoniam cum aqua in ipsam terram inuehit, hancque suo fluxu lætificat, & confert qualitatibus aliquot, atque iam quibusdam saporibus oppletum, cumque eandem permeat, in hoc cursu, & fluxu suapte natura cogitur vt quidpiam ab illa patiatur, & capiat. Sed ne putes terram solitariam, ac simplicem hoc loco sumi, quidam nempe in ipsis terræ visceribus inest humor sapori persusus. At dices quonam modo, & qua terræ qualitate consentaneũ est, vt aqua dilapsa afficiatur. Iccirco hæc verba fecit Nam æquè humori natura, ac cæteris quandam ingenuit habilitatem, vt contrarij ictum excipiat, quod sanè aridum est. Siccitas cũ terræ igniq; cõgruat., nihilominus tñ hęc ita terrę cognatissima est, vt igni calor quo ei' natura formatur, ac perficitur, quamquàm etiã maximè siccus sit, & hac ratione humor ab illo patiatur. Terra verò et arida est, et frigida. Ac neq; temere frustraq; humorẽ quicq̃ ab igne pati asseruit, quandoquidẽ ꝓducendis, & gignẽdis in illo saporibus calor præter terram multum cõferre semper consueuerat. Sed de his rebus se affatim, atque abunde in cõmentarijs de elemẽtis, id est (vt opinor) in libris de ortu & interitu disseruisse testat, ꝓpterea ꝙ in illis multa subtiliter collegit & diligẽter disputauit de natura quatuor corporũ q̃ sunt ꝓuulgata elemẽta. Etenim in eo opusculo quomodo quisque corpus simplex formetur, & conficiatur. diligẽtissime persecutus est terram affirmans plus siccitatis quam frigoris habere Aquam verò contra frigore magis, quã siccitate redũdare. Aerem autem humore copiosius, quã calore oppleri. Ignem deniq; secus feruore ardoreq; magis, quam siccitate constitutum esse. Non est ergo mirandum si proxime subiecerit pugnãtia, & cõtraria cũ mutuo sese lacessunt conflictum vnum alteri vicissim ictum inferre. Proinde cernimus humorem à sicco cõmutari, & vicissim retrorsum siccũ ab humore. Etenim huisce corporibus natura illud inditũ est, vt prępotens eorum vis & facultas imbeciliorem & languidam superet, & permutet. Ignis itaque etsi siccus est, tamen

Liber de aqua Theophrasti.

Aduerte Medice.

Cũ essem Florẽtię in alia in libros de elementis Aristo tel quæ interpretari cœpi, sed quoniam nec phrasis, nec grauitas dicendi erat illis vt solet in reliquis libris Aristo Prætermisi, de eos reliqui & neglexi.

men terra cum ſiccitate vincit. Addit elementa, ignem aerem, aquam, terram; ſuapte natura propterea quod ſubſtantiæ ſunt nihil agere, neque pati. Subſtantiæ enim nihil contrarium eſt, neque vna alteri contraria exiſtis, quæ autem ictum inferuut alicui quæque patiuntur ſunt contraria. Adiecit præterea. Nec quicquam aliud ſuapte ſimplicią; ſolitariaque natura, ideſt corpus quoniam nullum corpus cum ſit ſubſtantia, & qua corpus agit, & patitur, quoniam hac conditione nihil ei aduerſatur, verum vbi cœperint corpora inter ſe mutuis contrarijs naturæ momētis, vel viribus diſfidere, repente cladem ictus viciſsim inferunt, & excipiunt. Nulla enim eſt victoria elementis, quæ ex omni parte fauſta felixą; ſit. Acriter ergo pugnat aqua cū terra, propterea ꝙ hęc humida eſt illa verò maximè arida, habet item hoſtem validiſſimum ignem, quicum pugnat his qualitatibus humore, & frigore, quemadmodū ille his telis calore, & ariditate aquam euertere nititur, idque tū maximè, quod calor vim frigoris peruertere cupit, quandoquidem ignis ardeat, & aqua maximè algeat. Exinde cuique cupienti mentem Ariſtotelis quid ſentiat, quidque probet de his quæ agunt, & patiūtur cognoſcere facile eſt, quippe qui primū à Stoicis abhorret, quod illi corpora ſuapte natura efficere ac pati voluerunt. Deinde à Platone diſſentit, qui res incorporeas munera multa obire, agere ac pati cenſuit. At ipſe corpora ſolum quibuſdam tamen fulta cōtrarijs incorporeis facultatibus agere atque pati ſtatuit. Verum eius ſentētia multis ambigua videtur, quia cum ipſius aquæ natura iccirco extet, quia in humore & frigore verſat, nequicquā aliud ſit, quā humor frigori admixtus. Itidē cū ſuis conſtet facultatibus ignis, calore videlicet, & ſiccitate, quoniam modo aqua igni, ac retrorſum viciſsim ignis aquæ non repugnat, & dirum bellum non infert qua corpora ſunt? Hanc iccirco dubitationem hoc modo diluam, quoniam etſi memoratis quicą; ſuis facultatibus formatur, & abſoluatur, tamen igneum corpus non eſt tantum calor & ſiccitas, nec aqua dūtaxat humor, & frigus quę formę ſunt, ſed etiā his ſubijcitur in eiſdē corporibus materia, quæ eſt harū qualitatū receptaculum. Id proinde ī cauſa eſt ne primo ſecūdum momēta mouendi cōtraria ſint, id eſt quemadmodū ignis eſt omniū leuiſsimus, ita aqua omnium grauiſsima. Cęterum oratio redeat vnde fluxit. Conſentaneū eſſe dixi, vt humor aquæ ab arido terræ patiatur, ſed quomodo humor aquę ariditate in producendis ſaporibus afficiatur declarat. Quemadmodum qui colorata ſolēt aqua diluere atque aſpergere, quōquidem eodem colore illa inficiatur quo dilutum prȩditū eſt. Vt etiā qui ſolent ſapore prædita diluere aqua, quę abluit ſaporem eorum, quæ in aqua collocantur, ita natura aridum, & terrenum humorē diluit, & cum per humorem penetrat ope caloris idem contrahit ſaporē Vbi profert. Natura in aridum & terreū deeſt huc verbum diluit, verum eius ſenſum facile ſequentibus his verbis comprehenditur, quę cū per ſicca, & terrena calore adhibito permeet & mutet, ideſt cōmutet cōcoquat, prȩparet, exiccat. Nā guſtui gratū reddit. Ortum itaą; ſaporis concludit hoc modo, quando calor trahēs humorē terrenæ ſiccitati admixtum permutat & ſiſtit Cum enim per ſuccum terrę atque humorē penetrat ardor huncą; digerit ac ſiſtit, tum generatur ſapor, quē nimirum actu terra continebat, quemadmodum videbatur paulo ante dicere aſſerēs humorē attrahere quēdam ad ſe ſaporem dum per venas terræ ac cauernas aridas mearet. Quòd ſi terra cuius oſtium ac aditus patet humorē iam actu tenuiſſet, & hac ratione ab eadē aqua permeans abſtergeret, et dilueretur, quid opus eſſet, vt è varia natura ſtirpium, ac plantarū varieą; affecta, quæ ſanè aquam imbibunt, idem ſapor gigneretur quod ſatis eſſet, vt ij ſapores, qui iam terrā actu & in effectu occupparet ſimiles ꝓducerēt. Adiūge ſi ita eſſet (vt diximus) nulla ſibi cum illis eſſet conſentio, qui aquam ſaporum cauſam, ac materiam eſſe tradunt. At ſecus oriuntur ſapores, quandoquidem ij conficiantur in aqua quoties calor per meatus terrę ſiccos, & aridos pertranſit. Sed noſtra ſententia ſapores prodeant vt diximus ex admixtione caloris & humoris aquei in terra. Poſtremo cum de his finem dicendi feciſſet, & quo modo quiſque fieret cumulatiſsimè tradidiſſet, eius definitionem in vniuerſum hoc modo affert. Sapor eſt humidi affectio à ſiccitate terræ producta, quæ guſtādi vim à re quiete & ocio ad agendum exercendumą; munus ſuum transferat. Nam apud Ariſtotelem ſaporem mouere guſtatum ac permutare nihil aliud ſignificat, quam eundē traduci ab ocio, à potentia ad actionem, vel ad actum, ſiquidem ſapor in effectu actuque vim deguſtandi afficiat. Quod verò iam facultatem guſtandi exiſtentem ſapor cieat eo, quo paulo ante diximus modo, et ipſe minime ſit genitor eius facultatis illico his verbis declarat.

Etenim ſentiendi actio non efficitur, quemadmodum diſciplina, ſed potius, vt cum aliquis adeptus quoties libet contemplatur. Cōtex. 31.

Quaſi dicat non oritur poteſtas ſentiendi, quando ſuū exercet munus, quemadmodum qui diſcunt à pręceptoribus ſcientiam recēs conſequuntur, at potius iā facta eſt poteſtas ſenſui aliquid percipiendi, qui ocio prope congelat donec ſapor illum excitet ad agendū, vt ei quoque vſu venire ſolet, qui pridem ſcientiā didicit, & interdum requieſcit ab illa, ſed illo ſitum eſt ſeſe ab ocio ad eandem tractandam traducere. Quę autem ſit facultas ſenſus & quomodo ad actionem incitetur, libro de anima diſputatum eſt. Sed quo verba illuſtriora ſint hæc, quæ contextu ſupra Ariſtoteles fecit, nam ſentiēdi vim ad illud officiū impellit, quo antea fungi poterat, animaduerte ſenſum hoc eſſe verborum, impellitur diciturque vis ſentiendi ad actionem ab ipſo quod percipitur à ſenſu quod ſanè illa recipere antea, potuit. quibus verbis ſubnectit hæc in contextu dicta vt ſciatur, ex qua poteſtate & ex quo ocio traducatur vis ſentiendi ad actionem, quia non modo ſapor eſt affectio, quæ à ſicco proficiſcens humorē afficiat, quoniam etiam quando colores diluuntur, aqua coloratur attrahens ſimilem colorem: quinetiam odores liquorem ſuccumque afficiunt, quocirca non ab re adiecit ſaporem eſſe propiam affectionem guſtatus, quem ex potentia & ocio ad actionem, & ad guſtandum transfert. Quod autem terræ ſiccitas ad ſaporem producendum requiratur, ex quadā earū aquarū differentia cognoſcitur, q̄ inſtilātur & ſaporē ædunt qa cōmiſcētur terrenæ cuidā ſiccitati. Proinde aquarum aliæ ſunt hieme dulciores, æſtate verò longe minus, & autumno minime dulces ſunt Rurſum cum ſpūs ventorum flauerint à ſummo cœli noſtri vertice, ex quo Boreas ingruit, potatu ſuauiores ſunt cōtra verò amariores ac ſalſæ magis guſtui videntur, quando perflant vēti, ex altero cardine vnde auſter exiltit Adde quo dulces ſunt dū pluuia ſua copia terram alluit, amaræ autem cum ſiccitas fuit. Et (vt ſcias) hieme quoniā terra humore redūdat, nonnulli vapores ſublime petunt puri, atque à terrena ſiccitate ſoluti, & ſeparati. Secus verò æſtate, quoniam terra non ita crebro alluitur, aqua, nec tanta copia, quāta hieme. Ac ęſtate cū vaporibus ſurſum cōmeant aliqua ſiccitate terrę commixta atque compreſſa. Autūno quoą; id fit multo magis, ꝓpterea ꝙ hoc tēpore ob æſtum, qui ſummis caloribus terræ abditis incluſus viget omnia potiſſimū exſiccata ſunt. Prætereà quo primum tempore venti inſurgunt, qui ex noſtro cardine perflant, aquę dulceſcūt, magisą; ad potū idoneæ videntʳ quod ab humidis locis emergūt, quā quā-

do è regione, & ab austro oppositi excitantur, quoniã tum per ea transeunt loca, quę ęstuant & aridiora sunt, vnde multum terræ secum aduehunt. Identidem, cũ ingens consequitur siccitas, quoniam hoc tēpore multum sicci salsique in sublime rapitur. Econtrario autē cum inundariones efficiuntur. Hæc igitur omnia huc pertinent, vt omnes sapores gigni ex commixtione terrenæ siccitatis sciamus, modo adhibeatur quædam concoctio & digestio eorum, quæ à medioeri & congruo calore fit. Quocirca sapores plerunque à frigore intereunt, quia frigoris accessu impeditur perfecta digestio, & tum res, quæ gustantur adeo humectãtur, vt concretam siccitatem amittere videantur. Quę enim sapiunt posteaquã frigore adiecto obduruerũt, molliuntur deinde, & tum humore magno redundant & putrescunt & exiccantur. Sapores enim non ita è siccitate procreantur, vt omnis humor ab illis, quæ degustãtur à calore expressus sit, sed vt quadam digestione & concretione consistant. Ac humorem in his, quæ sapiunt inclusum asserere eà nimirum coniectura mouemur, quod vbi illa digesta sunt, retrorsum vicissim humectantur, & putrescunt. Prætereà saporem à cõgruo calore produci ex eo arbitramur, quod multa genera frugum in his locis, qui frigoribus conglaciant initio præsertim peracerba sunt, nec prius maturescunt, nec commodè degustari queunt, quàm à calore conficiantur & digerantur.

Text. 32. *Cæterum ne saporem cuiusuis aridi, sed illius, quo alimur vel affectionem vel priuationem esse censeas hæc moneo, quoniam nec siccum sine humore nec vicissim retrorsum humor sine arido. Nam separatim neutro nutricantur animalia, sed vtroque simul admixto. Præterea solēt viuentia oblato cibo, quem tangendo sumunt adolescere sublato autem minui. Augendi enim ac minuendi causa est sumpti cibi calor, & frigus quibus augemur, & diminui videmur. Cibus autem, qui sumitur qua degustatur nutrit. Singula enim animalia dulci aluntur pabulo hocq; aut simplici solitario ve, aut permixto alicui. Sed de his libro de rerum ortu disputatum est copiosè nunc verò hæc tractabimus quãtum opus fuerit. Quo circa pabulum calore auget, & fingit cuius partem vnam simul ac leuis facta est, ad se trahit, alteram vero salsam & acerbã ob eius põdus deserit. Quicquid porrò externus calor corporibus extrinsecus ingerit, id sanè ipsum internus natura animãtum, ac stirpium confert. Ideo dulci aluntur esca. Solent quoque alij sapores itidem vt salsum, & acidum condimenti causa pabulo commisceri. Hæc sanè hoc modo propterea mutuo temperãtur, vt deducant ipsum dulce, quod admodum alere consueuit, & aptius est ad aspergendam ciborum superficiem.*

Proverbium vnde ortum. Quel che gusta nutrisce.

Com. 32. Cum saporem affectionem quandam gustatus, quē ex ocio & potestate ad actionem deduci, quando humorem aridum calor efficit supra docuisset, nunc huic definitioni non ab re illud addidisse monet, quãdã videlicet esse affectionem, quæ gustandi potestatem ex otio ad actionem mutet. Hoc autem dicere Aristotelem mouit propterea quod non quæuis affectio, quæ ab arido in humore cõstituto producat, sapor dici debet. Et enim odor quoque nascitur quãdo humor adhibito calore exiccatur, de quo sanè odore nos postea certiores faciet, & tamen inter odorem, & saporē multum interest. Pręterea pabulum attingi cũ sumitur nemo dubitat, verũ hoc nemo dabit aliquod eo animal ali, qua ratione attingitur, sed qua gustatũ afficit quod quidem his verbis significat: sed illius quo alimus, perinde ac dixerit, sed gustatus. Ac non contentus fateri saporem gustatus esse affectionem adduxit. Vel priuationem, quasi velit etiam illum saporē esse, qui est priuatio dulcis, quo alimur. Hunc enim saporem demonstrabit esse illum quo potissimũ alimur, cuius reliquos velut amarum & salsum priuationes esse statuit, qui nihilominus tamen gustatum prouocant, & mutant. Itidem vt coloribus & saporibus accidit. Nam æquè ater color qui contrarius est & priuatio albi, cernendi sensum afficit, vt albus, qui maximè videri solet. In saporibus proinde contrarius dulci qui gustatum maximè afficit, dicitur eius priuatio, & tamen eundem sensum mutat. Etenim iam receptum est penè omnium consensu contrarium illud, quod è regione respondens deteriorem partem habet, appellari priuationem. Cum ergo dulce huicq́ue contrarium peramarum sapores sint, & gustatũ mutent, è quorum admixtione non secus reliqui sapores prodeunt, quam cæteri colore ex atri & albi mutua coagmentatione nascebantur, & pducebantur, in vniuersum significanit qui essent in genere saporum contrarij, ex quibus alij singuli manant. Hi profecto sunt dulcis, & peracerbus. Quamobrem cum dulcis sapor admodum alat, hunc esse quandã humoris aliquanto aridi affectionem. vel huius priuationem, idest amarum fatetur. Huic enim dulci contrarius est amarus sapor, & qui ei aduersatur, merito priuatio eius dicitur. Deinde tanquam euidens petit nec aridum solitarium, nec humor itidem aliquid alere, quę tamen vbi sese mutuo commiscuerint, quidpiã alunt, & pascunt. Velim tamen notes his verbis. Nec siccum sine humore, nec vicissim retrorsum humor sine arido illud deesse, videlicet sapit, et nutrit, quod quidem verba sequentia indicant. Nam separatim neutro nutricarrur animalia. Quòd item non quælibet affectio ex horum admixtione proficiscens sapor sit, deinceps ostendit. Equidem pabulum ab animalibus haustum tactus percipit, id propterea in causa est, vt gustatum velut quendam collegata tactus esse Aristoteles affirmet. Adde quod idem gustandi sensus illa contraria percipit, quę à tactu comprehendi solent tameisi nihil alant. Verumenimuerò esca qua ratione attingitur, & minime qua ratione calorem, aut frigus, aut aliquid aliud contrarium habet, profecto alit. Quin etiã propterea quod attingitur auget, quę aluntur, si salutaris est, minuit verò, si pestifera. Cibus enim vt calidus, vel frigidus, aut annectitur, aut secernitur. Nam calor & frigidus, vel cibum coquit, vel crudum, & inconcoctũ efficit, si cõcoctus confectusq́ue fuerit, addet quidpiam, quo crescunt animalia, at si grauis & minime concoctus fuerit minuet, nec alet. Suppetias prætereà ab anima altrice petit, vt hæc calorem excitet in animantibus ingenitum germanum & naturalem, quo ille cõcoqui solet. Hoc enim instrumento vis nutricandi vt cibum escamq́ue coquat, & digerat, vti solet, huic quoque calor & frigus eorum quæ aluntur subsidium affert. Quare sapor quędam affectio statuenda est, qui cum à tactu cum sentiatur ab arido in humore collocato prodeat. Qua enim ratione ex his cibus admixtus est, & tactu percipitur saporem non edit, sed qua attingitur causa est, cur crescant animalia, quoniam corpus est quod tangitur. Nã coagmentatio quatuor qualitatũ quib. corpus viget, & subsistit à tactu, percipitũ, quin ēt ea ipsa sentiuntur à tactu à quibus formantur, vel ex quib. prima corpora cõstituuntur. Crescunt aũt res, & minuũtur vel corporeo quodã addito vel detracto. Quapropter cibus (vt iampridē libro de rerũ ortu Aristoteles docuit) qua ratione corpus est auget. Hoc enim modo quantus est & aqua ratione dulcis alit, ac gustãdi sensum ab otio & potestate ad actum & actionem traducit. Horum enim vel calor vel frigus est causa, qua augescunt cibo calido, vel frigido à tactu percepto Quocirca dixit horum causa crescere vel flaccescere vel minui. Hoc tñ loco vel inquit tactu percepta esse illa quæ simpliciter attinguntur, vel calorem & frigus intelligit, cum hæc non minus in eorum quæ tanguntur

guntur numerum referantur. Sapor itaque vt quadã eſt humoris a ſicco proficiſcens affectio ab animantibus deguſtatur & alit ſuapte natura viuentia. At qua ratione alit? Nimirum qua guſtatur, & minime qua attingitur, ſed vt oſtenderet animalia dulci ſapore ſimplici & ſolitario ali, hæc verba fecit. Singula enim animalia dulci aluntur pabulo, hocq; ſimplici ſolitariove aut permixto alicui. Hæc in quantũ guſtatus percipit, verum nolim intelligas ſimplicem ſaporem dulcem, tanquam prǽter hunc non ſit quicquam aliud, quod alter queat. Vel hæc verba deſignant ex dulci pabulo, & ex contrario ſuo acerbo amaroq; animantia nutricari, de quo certiores nos facit extremis verborũ, vbi tradit ſaporem dulcem alere ſolitumq; eſſe cibi interdũ amari ſuperficiem eodem aſpergi, quo fit, vt ſi amarus ſapor alere debeat, illius admixtionem deſideret. Eſt enim dulcis ſapor natura, ita conſtitutus, vt inſideat in prima cibi facie quia leuis eſt, & ſupra petit. Hoc enim in cauſa eſt, vt alat. Verum hæc de cibo, quo alimur, vegetamur, augeſcimus, in libro de rerum ortu accõmodatius tractantur. Equidem quomodo res creſcãt libro memorato tanquam apto & proprio loco explicauit. Sed de cibo & pabulo in illis commentarijs diſſeruit, quos de ortu animalium compoſuit. Iccirco de his rebus ſe abundè tractaturum ad hæc vſq; reſeruat. Illud proinde monet ſibi operæpręcium fuiſſe de his tantum diſſerere, quantum hic locus deſiderabat. Cæterum cur animalia corporaq; augeſcant illum calorẽ, in cauſa eſſe affirmat, qui coquit & conficit cibum ſic vt alere poſſint. Nam cocti ac confecti cibi calor eſt cauſa. Propterea enim quod calor humido fouetur qđ ſaporem habet, alteram eius partem leuem, & dulcem attrahit, ſalſam verò, & amaram ob põdus demerſam relinquit. Quocirca leuiori portioni calor impertit motum, quo ſupra petat, & alteram quaſi a tergo relinquit pondere onuſtam. Quod ſanè pro comperto ſibi ſumit eorum coniectura fultus vaporum, qui ſupra conſcendunt. Nam leuiore parte ſurſum contendente, & grauiore immo relicta loco vapores oriuntur. Vt iccirco calorem extrinſecus, in corporibus agere aliquid putauit, ita calorem illũ inditum naturæ animalium atque arborum cenſuit efficere. Calor enim innatus germanusq; viuenti vbi cibum ſumptum obtinuerit, & concaleſecerit portionem leuem, & dulcẽ attrahit, & cum hanc ſecreuit, eam deſerit, quæ pondus habet, quæq; nimirum eſt amara & ſalſa, & ob id depreſſa, hęc portio immo loco manet. Conſtat enim ſi hæc grauia & amara perdurant in eo quem diximus loco, vt his contraria ſint leuia & dulcia, quod etiam erit in cauſa cur animalia dulci cognatoq; naturæ cibo alantur. Itaq; quod dulce ſuapte natura cõſcendere ſupra, & nutrire adhibito calore aſſeruit, quod inquam dulce, nec mere leue eſt, ſed dulce & leue eorum quos memorauimus vaporum argumento compertum ſit, Imber enim quiuis dulcis eſt, quanquã ſæpe ex ipſo mari ſalſo dum exhalat imber oriatur. Verum de his libro de ſupremis impreſſionibus copiosè diſputatũ eſt. Redeo itaque ad inſtitutum noſtrum. Sapor dulcis primas in alendo ſanè obtinet, reliqui verò cõmiſcentur in pabulo, non quo illi ipſi, vt ſalſus atque acidus ſolitarij alere per ſe queant, ſed condimenti cauſa extrinſecus introducuntur. Quemadmodum cum hos ſapores condimenti cauſa vna cum dulcibus permiſcemus ob dulcedinis copiam percipimus guſtatũ his oblectari, ita reliquos ſapores huius vſus cauſa dulcibus commiſceri arbitramur. Hi enim quanquam ita temperantur, vt dulcis ſapor ſine nauſea nutriat, qui cibi ſuperficiem oblidere atque afficere ſolet, ijdem ipſi ſolitarij non alunt animal. Quare calor ſaporibus his, qui ſunt amici naturæ inditus atque innatus eo, quem ſupra diximus modo palam alit.

Quemadmodum prætereà reliqui colores è mutua atri albique coagmentatione oriebantur, non ſecus ſanè cæteri ſapores ex admixtione dulcis & amari prodeunt, idq; fit quadam proportione, própter ea quod ſinguli quaq; ſpecies ſaporum ea ratione eduntur, qua illi & eorum mutationes magis & minus, vel etiam numero certo, vel incerto commiſcentur. Qui proinde è ſaporibus voluptatem capere auent, ſolum eorum numerum quando miſcẽt probè animaduertunt. Quamobrem obeſus ſapor quadam dulcis ſpecies eſt: At ſalſus, atque amarus ferè conueniunt. Acris verò, auſterus, acerbus, acutus in quadã verſantur mediocritate. Sunt enim ferè totidẽ ſaporum, quot colorum ſpecies, quandoquidem vtrinque ſeptem ſpecies numerantur, modo quis (quemadmodum ratio poſtulat) ſubobſcurum colorem cenſeat nigrum eſſe. Flauus autem potius ad album refertur, quemadmodũ ſapor craſſus ad dulcẽ. Puniceus verò & purpureus, viridis, ceruleus æquè ſeſe ad album & atrum referunt. Reliqui demum colores ex his commiſcentur. Prętereà non atque ſalſus & amarus ſunt priuationes dulcis in humore, quo alimur, vt ater color in ipſo pellucido eſt albi. Quocirca eorum omnium quæ conflagrantur cinis amariſſimus eſt. Nam quod in illis ad potum aptum erat, exhauſtum eſt. Cõtex. 33.

Poſteaquàm animalia dulci ſapore, cui priuatio tanquam aduerſabatur amarus; ali ſtatuit, perinde reliquos ſapores ex horum admixtione, atq; ex coagmentatis atro & albo coloribus cæteri manabant oſtendit: Ac eorum, qui medij ſunt differentiam naſci declarat quadam mutua proportione contrariorum, quemadmodum hoc de coloribus iampridem receptum eſt. Nam perinde ſapores certo numero eorum contrariorum, qui commiſcentur certaq; proportione, ſiue vt libet, & vt ſors tulit producuntur, quemadmodum ſupra de coloribus aſſeruimus. Cæterũ ſaporum ſpecies affert, quarum alias meras è regione contrarias, alias verò ex admixtione contrariorum fieri tradit. Obeſum iccirco ſaporem cum dulci conſentire aſſerit, quippe hoc ipſo æquè ac dulci aluntur animalia. Similiter ſalſus congruit cum amaro. At acrem, auſterum, acerbum, acutum putat medium locum obtinere è mutua dulcis amariq; admixtione natos. Et cum medios ſapores penè itidem ex extremorum admixtione proficiſci, vt colores affirmauit commixtis mutuo atro & albo, nunc exhibet numerum ſaporum ſimilem illi colorum, ſeptem ſpecies tam eorum, quam horum eſſe tradit. Salſus inquam ſapor ab amaro eſt alia ſpecies, nec omnino eadem. Narrat item in coloribus itidem flauum conuenire cum albo, nec alio quam eodem in numero reponi, vt pinguis ſapor cum dulci in eadem ſede moratur. At fuſcus ſeu ſubobſcurus color cũ atro cohęret nõ ſecus quam ſapor ſalſus cum amaro, tamẽ hæ ſunt diuerſæ ſpecies ſaporis. Quocirca ſeptem habentur. Item ſubobſcurus color eſt quędam ſpecies coloris, quæ licet cohæreat cũ nigro, tamen diſtincta eſt ab eodẽ. Sin verò, non expleretur numerus partiũ ac ſpecierum coloris, quę hoc mõ ſeptem numerãtur. Com. 33.

De ortu colorũ & ſpeciebus lege Thimeũ Platonis, item de ſaporibus.

Coloris ſpecies.	Saporis ſpecies.
Albus Flauus.	Dulcis, obeſus.
Niger	Amarus.
Fuſcus.	Salſus.
Puniceus.	Acris.
Purpureus.	Auſterus.
Viridis.	Acerbus.
Ceruleus.	Acutus.

Has ergo coloris ſpecies ſeptẽ in quorum numerũ adoptatę ſunt extremę atq; medię dabit is, qui in eadẽ

sede locat album & flauum. quod si quis album, & flauum distinctas species coloris esse contenderit, illum sanè quo numerus integer septem tantum specierum inueniatur subobscurum vel fuscum in eodem loco reponere, in quo niger collocatur oportebit. Itidem in saporibus accidit, vel in eadem sede loces obesum, & dulcem, vel si nò in eadem sede hoc locaueris alios amarũ videlicet, & salsum statuas necesse est. hoc inquam modo vtrunq; septem erunt species, & iam paulo supra ordinem descripsimus. At vero si quis nollet in vna sede, quos cum colores, tum etiam sapores diximus collocare, quinetiam primos diuidere mallet nihilominus tamen totidem erunt colorum species; quot saporum, verum non septem, sed potius sex, vel octo. Postremò propterea quod colores nonnulli è mediorum admixtione quemadmodum ex primorũ coagmentatione prodeunt, (Iccirco sunt penè infiniti colores) ait cæteros eo borum admixtione profisci. Demum eodem modo admisceri ex suis extremis medios sapores, vt colores secundum aliam comparationem ostendit. Vt enim ater albo contrarius, est eiusdẽ in pellucido quædam priuatio sita salsus & amarus in ipso humore quo alimur, dulcis priuationes existimantur. quibus verbis declarat nobis, quomodo hanc sententiã adductam superiore contextu, hoc videlicet, Cæterum ne saporem cuiusuis aridi, sed illius quo alimur affectionem, vel priuationem esse censeas assequi debeamus. Inquit porrò dulcis amarus sapor est priuatio, quem dulcem docuit esse miscendum cũ amaris & salsis, e quibus reliqui ducuntur. Quæ sane verba cum ignorassent huius opusculi interpretes, variè in illis exponendis laborarunt. Quo autem signo, quaue coniectura moueri valeamus, vt amarũ dulcis priuationem putemus, vel hac quidem maximè vult, quod eorũ, quæ ardent atq; incenduntur amarissimus est omniũ cinis, propterea quod a calore dulcedo que iutus in illis est, absorbetur & consumitur.

Text. 34. *Democritus & quamplurimi, qui de natura ac sensibus disseruerunt in hoc quã absurdissimum incidunt. Nã omnia tuentur tactu percipi, quæ a sensibus comprehendi queant. Quod si ita esset atq; cupiunt, illud planè dabitur tactum videlicet quẽq; reliquorum sensuum esse.*

Com. 34. Iam ostenderat pabulum vel escam quanquã attingi posit, non alere animal vllum, qua scilicet ratione attingitur, nũc his verbis confutat Democritum non modo, sed etiam cęteros quamplurimos Philosophos qui perperam omnes sensus cum sensu tangendi congruere, & omnia, quę a sensu percipi queunt tactu cerni, audiri, percipi approbarunt. Qua proinde ratione illi mouerentur, vt singulos sensus cum sensu tangẽdi cohærere profiterentur, his explicat verbis. Nam omnia tuentur tactu percipi, quæ a sensibus comprehendi queant. Quòd si omnia quæ sentiũtur, a tactu comprehenduntur, & quæ attractari possunt, vel maximè sensus tactus percipit, nimirum tactus omnia, quæ a cæteris sensibus percipi possent, ipse comprehẽderet. Quamobrem quicunque sensus erit tactus. Verũ impulsi sunt hac ratione, vt id dicerent, quoniam quę sensibus percipiuntur, diffluere, ac promanere vsq; ad instrumenta, hæcq; penetrare arbitrabantur, & hoc sane modo illa comprehẽdebantur. Nam sensus tũ percipere obiecta putabát, quoties horum figuræ, moles, lenitas, asperitas eos mutarent & officerent. Præterea Democritus candidum dulce bene olẽs, ac singula seu suum obiecta non secus mutuo differre, quam figura, mole, asperitate, lenitate censebat. Hæc illis sensibus qui sentirent non aliter apparebant, quam solet tactus a suis obiectis affici & mutari. Cæterum de his qui in hac opinione persisterent, hæc proxime adiecit.

Text. 35. *Ad hoc fieri nõ posse, minimè arduũ est, atq; aduertere.*

Com. 35. Hæc sane inquit propterea quod sensum tangendi oportet contraria tangere, quoniam dudum obseruatum est hunc sensum tangere contraria. Hęc inquam sunt durum, molle, asperum, lene, calor, frigus, humor siccitas, reliquaq; huic sensui accommodata. At quis hæc dum tangit sese amarum, dulce, album, & atrum assereret? Adde si tactus aspectus esse diceretur, hunc ipsum conueniret percipere illa, quæ sibi vicina atque proximè supra oculos ponũtur. Itidem si odoratus esset, ac auditus odoretur, & audiat necesse foret. Sed cõtrarium quidem obseruanimus, quoniã interiecto spatio hi sensus odorant, audiunt, contra autẽ tactus nullam postulat intercapedinem vt tangat. Accedit quod si quod sensum cumq; percipit tactũ feriret, operæ pretium non esset, vt gustui amarum videretur, & nigrum aspectui, vel non redolens odoratui, quinimmo lene his appareret, vel omnino huius persimile, huicq; germanum: quinetiam omne lene erit itidem amarũ, vel dulce, & minime lenium alterum erit dulce, alterũ verò amarum, aut hoc album, & illud nigrum. Nam ex huiusmodi differentia perspicuum cuique est sensus diuersarum naturarum quæ in altera, atque altera materia inesse videntur, non earundem esse capaces. Postremò si omnes sensus tactus sunt, reliqui valeant. Nam hic solus satis esset ad id quod volumus.

Text. 36. *Præterea quæ sunt omnibus sensibus communia perinde vsurpant, ac si propria essent. Moles enim, figura asperitas, lenitas, itemq; acutum, & obtusum non omnia, sed quæ in ipsa mole insunt omnibus sensibus communia sunt. Quòd si non omnibus, Aspectui saltem, & tactui communia existunt. Quapropter sensus in his comprehendẽdis aberrant, et minime in percipiendis proprius labuntur & falluntur, quemadmodum aspectus a colore non aberrat, nec à sonitu auditus. Sunt tamen velut Democritus, qui propria cum illis cohærere putant. Album enim & atrum alterum affirmant esse asperum, alterum verò lene. Sapores quoq; redegit ad figuras. At mehercule hæc com munia vel a nullo percipiuntur sensu, vel maximè ab aspectu. Quæ si a gustatu comprehendi magis contenderint, & acutissimi sensus est in vnoq; genere minima discernere, nempè operæprectiũ est, vt nihilominus alia obiecta communia sentiat quinetiã in reliquis figuris diiudicandis cæteros sensus iudicio antecellat.*

Com. 36. Censet adhuc in hoc errasse Democritum, quod cõmunia sensuum obiecta existimauit propria esse. Verum iam in commentaria de anima quæ communia sensibus, quæq; propria essent retulit, quo etiam loco adiecit nullum sensum deprauari ita posse, vt nõ rectè & sine errore proprium sibiq; cognatum obiectum percipiat. q si fallitur, nimirum incernendis & cognoscendis communibus decipitur. Nunc autem quædã communia profert, vt ostendat Democritum, in hoc potissimum lapsum fuisse in quo tradit communia propria esse. Moles enim & figura, quorum in præsentia meminit, non secus communia sunt obiecta sensuum quam motus numerus, statio, interuallum. Addit figuræ & magnitudini asperum, lene, acutũ, obtusum, quę sint tanquam species partesq; magnitudinis, & minime figuræ, quia nõ complectũtur æque, a definitione figuræ subiecit hæc verba, In ipsa mole quoniam asperum, lene, acutum etiam in voce & sono collocatur, quinimmo sapor quidam acutus est. Verum illa auditui sunt propria, hæc verò gustatui. Sunt item illa cõmunia prædicta modo in ipsa mole colloceutur, & si non omnibus sensib. saltẽ aspectui & tactui. Vt enim oculi figuras percipiunt, ita cernunt molem asperam lenem, & obtusam. Hæc autem cõmunia esse, vel hoc maximè, iudicio patefacit quod quique sensus in his percipiendis labi decipi potest, qui tamen oblatis proprijs

prijs nō delirat neq; aberrat. Aſpectus enim proprios colores luculenter & ſine errore percipit. At hic tamē in comprehenſione communium perſæpe laborat, & plerunque labitur. Cum itaque hoc modo communia a proprijs interſint, mirum eſt cur Democritus hęc coniunxerit. Verum quonam pacto hæc cōſociauerit & eadem eſſe tradiderit, Ariſtoteles quam proximè declarat. Equidem atrum & album propria aſpectui obiecta ad lene & aſperum Democritus referebat, & album lene, & atrum aſperum vocabat, quæ cum aſpectui, tum etiam tactui cōmunia ſunt. Et ne longior ſumatur oratio nullum commune a ſenſu tangendi comprehenſibile ducebat, quod aſpectui proprium non eſſet. Cumque ſapores guſtatui peculiares merito videantur, hos quoq; ad figuras reducebat. Nam arbitrabatur ſapores mutuo differre quod figuræ inter ſe diſſiderent. Quocirca in eo errore verſari ſolebat, in quo affirmabat acutos ſapores eſſe, qui figuris acutis conſtarent. dulces verò, qui contra componerentur, videlicet ex orbicularibus, atq; ex his figuris, in quibus nihil eminens, nihil inciſum, & anguſtum eſſet. Corpuſcula enim & atomi ita cōcurrebāt ad conficiendos ſapores vt ex eorum varia coagmentatione, vnde variæ oriebantur figuræ ſapores differrent. Ex quo iterum liquet Democritum ſtatuiſſe figuras eſſe obiecta propria guſtatui, quæ tamen communia ſunt. Denique, veteres cenſuiſſe communia ſenſuum obiecta guſtatui peculiaria eſſe cum oſtendiſſet, illud ſane in dubium vocatur, cum ſint omnibus ſenſibus communia, cur potius aſpectu cognoſcantur, quā cæteris ſenſibus, quandoquidem communia nulli ſeparatim ſenſui accommodentur. Iccirco quis non immerito quæreret, cur hæc potius ab aſpectu, quam a tactu percipiantur, Cui ſatisfaciam hoc modo, quia aſpectus eſt omnium capax, ideo huic magis quam cæteris ſenſibus communia obiecta aſcribuntur. Aſpectus enim multitudinem, ac interuallum capit, quorū nullum percipiendi tactui data eſt poteſtas. Verum ad verba redeamus. Quòd ſi a guſtatu comprehendi magis contenderint, cum ſit probatiſſimi, & acutiſſimi ſenſus in vnaquaque re minima obiecta percipere, & hæc diſcernere, & Democritus dat guſtatū minimas figuras comprehendere. Nam reliqui ſenſus acutas figuras, & lenes non percipiunt, ſed has guſtatus (vt ait) apprehendit, ſiquidem ſapores capiat, qui è varijs prodeunt, & conſtituuntur figuris. Si ergo guſtatus non modo figuras è quibus conflantur ſapores, verumetiā omnes deguſtat, quoniam ſi minimas & ſenſu quam difficillimas percipit multo inquam facilius cęteras deguſtabit, at guſtatus aliarum non eſt capax, quonam modo cubum percipiet? Illud etiam moneo, vt cum horū verborum duo habeantur exemplaria huic adhæreſcas, quod nos ſecuti ſumus, quoniam rectius ac melius ſententiam declarat.

Text. 39. *Item omnia quæ ſenſu percipi queūt duo contraria cōtinent color inquam atrum & album Sapor verò amarū & dulce. Sed figura nulli figuræ videtur contraria. Cui nam figurarum quæ multis angulis deſcribuntur rotunda aduerſatur? Adde cum figuræ penè innumerabiles ſint itidem ſapores innumerabiles eſſe neceſſe erit.*

Com. 39. Hoc ſane argumento figuras nec ab aſpectu, nec, à guſtatu percipi, nec omnino propria eſſe quædam ſenſibus obiecta probat. Nam propria cōplectuntur duo contraria, vt color nigrum & album quæ ab oculis cernuntur, & ſapor amarum, & dulce, quę a guſtatu ſentiuntur, ab auditu acutum & obtuſum, a tactu calor, frigus, humor, ſiccitas, reliquaq; contraria, quorum tactus eſt capax. Itidem in his quæ naribus percipiuntur duo contraria collocantur, ſed nulli figuræ altera obſtat, aduerſatur. Quòd ſi contraria ſunt quæ deguſtantur, & figuræ non diſſident, non pugnant inter ſe itaque figuræ non cadunt in ſenſum guſtandi, & quid dico in ſenſum guſtādi, immo in nullū ſenſum, cui ſint proprię. Verum cum nonnullis viſum ſit figuris alias eſſe contrarias, quærit his verbis. Cui nam figurarum quæ multis angulis deſcribuntur, orbis rotundaq; figura aduerſatur? E quibus perſpicuum eſt qđ ab his abſtrahit contraria & remouet. Equidem cum vni aduerſetur vnum quæ figurarum e multis angulis conſtitutarum rotundæ globoſæq; repugnabit? Non enim dices vnam potius, quam aliam cum inter ſe nō pugnēt, ſed conueniant ſimul. Deinde nulla eſt rotundæ contraria figura quocirca libro de cœlo multis ſane rationibus generatim eius motui oſtenſum eſt nullum motum eſſe contrarium. quare ſi propria ſenſibus obiecta pugnant inter ſe, & figuræ nequaquam: itaque figurę non erunt propria ſenſibus obiecta. Accedit quod innumerabiles neceſſario ſapores erūt cum figuræ infinitæ ſint. Nam ſi ſapores a Democrito dicuntur figuræ cum hæ ſint innumerabiles mutuo diſſidētes, ni mirum quoque infiniti erunt ſapores differentes. Verum quia poſſet quiſpiam abſurdum effugere dicendo immo infiniti ſunt ſapores attamen non omnes a ſenſu comprehendi queunt, iccirco huic hæc proximè obiecit.

Quanam cauſa nonnulli ſapores percipiuntur ſenſu, nonnulli verò nequaquam? Sed de ſapore, ac de illo, quod à guſtatu percipitur dictū nobis ſit. Nam multas alias ſaporum affectiones tractare hoc loco poſſem, verum cum proprium ſtudium & ab hoc ſeparatum deſiderent, tum illas perſequar cum ſermonem inſtituero de plantis. Text. 37. Ex his locus libri de plantis ſit patet.

Ceterum dictum nobis de ſapore qui guſtatur quid ſit quidq; guſtatus hactenus vult. Nam reliquas saporum affectiones, & differentias, ortusq; tum peculiares, tum proximos ad eum ſpectare librum aſſerit, in quo ſermo de plantis ſuſcipitur. Verum de his ab Ariſtotele æditus non inuenitur, ſed ille Theophraſti circunfertur. Com. 37.

SECTIO QVARTA DE ODORIBVS,

Interprete Lucillo Philalthæo. Text. 38.

EADEM forma de odoribus dicendi ſuſcipienda eſt. Itidem enim ſiccitas humidum afficit, vt in alio genere videlicet in aere & aqua humectus ſapor. Nunc vtrique commune pellucidum ſtatuimus, attamen quod odorabile, hoc ipſum non ea ratione, qua pellucidum odorabile, ſed qua ſiccitatem illam diluit, & abſtergit, quæ guſtum oblectet.

Com. 38. Sermonem a ſaporibus ad odores transfert, de quibus nunc nos docet, id quod breuiter ſupra de natura ſaporum monuit. Eo enim in loco dicendum eſſe de ſapore, & de odore propterea cenſuit, quod vtriuſque eadem quaſi indicatur affectio, & ſi vtraque in eodē minime verſetur. Nunc porrò quid tum ſibi voluiſſet palā exponit, cū inquiat eandē ſuſcipiēdā eſſe viam & formā de odoribus dicendi, propterea quod quemadmodum ſapor a ſiccitate adhibita caloris opera naſcebatur, ita humor efficit, quando tamen ſaporem iam habet. Sapor enim aliquo modo admixtus ſicco in aere vel in aqua, quoquo diluas modo, odorem edit. In alio genere dixit, quod neque hæc qua ratione humectantur, ex eis prodit odor, neque quoniā aer & aqua, pellucent, neque quoniam ſaporem recipere queunt, ſed quia conſociatur cum quadā alia natura, quæ odores recipiat quam ſane naturā analogam ancipitem ve aliquis

aliquis diceret, at ipse tamē vocat naturam. quæ odoratui idonea sit. Aqua enim & aer, quatenus pellucida sunt, colores recipiunt, at humor vel aqua propterea saporis est capax quod pollet corporata humiditate, qui odores non aliter admitterent vna secum misceri, nisi quędam intercederet ipsis cum illis communis vis vel natura, quam nunc aliud genus vocat. Vel inquit in alio genere, idest in illo, quod habile est, vt odoretur, quandoquidem quod degustamus, quodq́; odoramus, diuersa esse genera videantur. Verum postquam odorem in aere, & in aqua, ob quandam communem naturam ab ipsa siccitate, quæ saporem redoleat produci atq; fieri dixit, ne hanc communem naturam pellucidum esse suspicemur, cum id non minus non sit aquæ & aeri, commune plane inquit aerem & aquam haud odorem recipere qua pellucida sunt. Proinde refert tam aerem, quam aquam dici pellucidam, verum hæc odore non afficiuntur qua pellucida sunt, sed qua diluunt, & abstergunt siccitatem illam humore persusam, quæ sapit. Cum ergo supra asseruerit humorem esse, qui in aere, & aqua odores edat, & fundat, eum nunc ipsum iterum vocauit siccitatem, quæ saporem redolet, quoniam ex vtriusque cum ex humore aquæ tum etiam ex siccitate terrę (ut demonstrauimus) sapores oriantur. Itaque siccum, quod nondum saporem habet admixtum neque dilutum, si humori admisceatur ope caloris sapores edit: odores autem non parit siccum illud quod non sapit quinetiam operæprecium est, vt humore perfundatur, & cum saporē fuderit, tum odorem dabit. Quod verò ab humore saporē redolente, vel à siccitate eiusmodi. (nam vtro dicas modo nihil refert) odores fluant, & promanent ad nares, demonstrabit ex hoc, quod perspicuum est, nihil nos odorari posse, quod non retineat saporem. odoratu porrò sæpe solemus cum rerum putridarum iam que flaccescētium, & acutarum, tum etiam earum, quę concoctæ alium saporem edunt, sapores percipere, & obseruare, & tamen nondum apparet gustatui eorum mutatio quasi ex odore saporum gustatus periculum de eisdem priusquam gustet facere soleat, atque assueuerit ex mutatione odorum secus, atque secus affici.

Text. 40. *Non enim aerem solum, verumetiam aquam vis odorādi desiderat. Cuius rei illud vel maximè indicio est, quod pisces, ostrea, idque genus in aqua dimersi & minime in aere odorant. Quādo enim odorem hauriunt, aer in superficie insidet, quem minime inspirant. Quòd si quispiam asereret ambo aquam & aerem humectæ naturæ esse, nimirum natura odoris erit illius nō insipidæ siccitatis quæ humore aspergitur. itidem quoque erit odor, Cęterum odorem esse quandam affectionem quæ à sapore proficiscatur cum ex his quæ olent, tum etiam ex his quæ minime edūt odorem compertum esse potest. Elemēta enim velut ignis aer, aqua, terra propterea odore carent, quod quæ sicca sunt, & humida sanè insipida existunt, nisi quidpiam illis admixtum redoleat. Qua de causa mare odorem edit, quoniam & saporem, & siccitatem habet. Sal quoque magis odorem emittit, quam nitrum, quod quidem ex eo perspicuum est, quod ex illo defluit oleum, at nitrum plus retinet terræ. Præterea lapides odoris expertes sunt, quippe cum insipidi sint. Contra verò ligna olent, propterea quod sapiunt, Verum ligna, quæ plus aquæ habent minus odorem fundunt. Adde aurum inter metalla nihil odoris habet. quod insipidū est, secus autem æs & ferrum redolēt. Item scoriæ quarum fuerit exustus humor minus, quā reliqua alia odorem conflant. Argentum etiam & stānum quadā odore excellunt, quibusdam verò cedunt quoniam humore perfusa sunt.*

Plato idem in Timæo sed aliam cām videtur assignare, cur elementa non odorēdam.

De sale & nitro vide Platō in Timæo.

Com. 40. Superioribus verbis hæc monuit. Itidem enim siccitas humidum afficit, vt aliud genus in aere, & aqua humectus sapor. Nunc verò in vtroq; ostendit. non enim solum in hoc nostro cœlo multa olent, quemadmodum probaturus eo est indicio, quod animalia dū spiritum hauriunt odorem percipiunt. Sed in præsentia piscium & ostrearum exemplo confirmat, quippe quæ in aqua odorant. Quinetiam sæpe e remotis locis duce itioeris odoratu ad escas natant & accedunt, quo in loco non est aer, quoniā etsi in superficie aquæ insidet spiritus, vel aer, attamen in profundo non dilabitur, in quo degunt vitam pisces & odorāt. Si enim forte fortuna esset aer depulsus vsque ad imum pelagi, non diu istic commoraretur, quin etiam illico rediret ad superficiem aquæ, quod etiam indicant vtres inflati, qui simul ac primum vi sublata relaxantur ab immo supra conuolant. Adde quod pisces non omnino aspirant hauriuntq́; spiritum. Etenim ab Aristote. alias dudum ostensum est animalia, quæ pulmonibus vacant beneficio aspirandi respirandiq́; minimè potiri. Addit q̄ si quispiam non solum aquam, sed etiam aerem humidum esse affirmaret, quandoquidē & aer sit humectæ naturæ, nimirum odor erit natura, quæ in humore versetur a sicco non insipido manans, & proficiscens, idest quod in sensum odoratus cadit quędam affectio erit, quæ prodit a sicco saporis non experte, & humore diluto. Cæterum ne arbitremur a simplici siccitate, vt sapor ducebatur odorem ad nares promanare, sed ab ea siccitate, quæ saporem aliquem inclusum in se habeat, ex hoc nos monet. quoniam quęcunque olent etiam saporem edunt, contra quæcunque insipida sunt, hæc sanè ipsa nullum odorem emittunt. Nam corpora simplicia propterea odore vacant quod insipida sunt. Neque enim terram simplicem, atque solam, neque purum ignem dixeris saporem habere, quamuis siccæ naturę esse videantur. Itidem nec aquam nec aerem saporē affirmamus, quod nimis humore abundant. Verum hæc si aliquem saporem edūt tum sane simplicia non erunt sed admixta. Mare quāuis humidum sit, salsum tamē humorem habet, quod cum siccitate ille copulatur humor, & hac ratione odorem perflat. Sal quoque & odorem & saporem profert, quanquam terrę multum habeat. Sed nihil obstat quod siccitas hæc admixta est humori. Et sal cum ipso nitro conferens tradit sal plus odoris, & saporis habere, quam nitrum, idq́; propterea quod siccitas salis vbetiore liquore mollitur, quam illa nitri, in quo plus terræ censeas, & in sale plus liquoris necesse est, vel ex eo maximè quod oleum ex sale instillat. Verum hoc fortè exemplum affert, vt non solum plus humoris in sale, sed etiam plus saporis in sale, quam in nitro inesse credamus. nam amarum est illud oleum defluens ex sale. Accedit quod lapides etiam ea de causa odorem non edunt, quia insipidi sunt, at ligna nonnihil odoris & saporis capiunt. Et ne lignorū multa genera in medium producantur, quæcunque plus liquoris, vel humoris contraxerint, hæc ipsa nimirum perexiguum saporem, & odorem habebunt. Quinetiam in metallis cohærent odor, & sapor, quoniam ea, quæ sapore vacant, etiam odore priuantur, quo in genere collocatur aurum. Aes autem, & ferrum, quoniam saporem habent, odoris expertia non sunt. Aurum verò parū humoris habere hac plane coniectura assequi possumus: quoniam idipsum non contabuit vnquam rubigine, nec vnquam putruit. Rubigo enim potest dici quędam putredo, quę nascitur ex humore non concocto. Quapropter cum æs, ferrum, argentum, stannum multum humoris retineant, eorum rubigo male olet, at aurum lenius multo est, & facilius extenditur, quando tamen aptè alicui commixtum ac temperatū est, id inquam ipsum sapore, & odore carere nullo maiore testimonio quam illo sensus cōprobari potest. Sumit porrò hoc exemplum, vt idem ratum firmumq́;

Sal deo' amicum corpus, dicit Pla. in Timæo.

Ortū salis & nitri, his verbis dicit Pla. Quando vero idipsum simile ex commistione &c. Vide Timæū. De ortu lapidum, lege Timæum.

De ortu metallorū Plato in Timęo & Albertus Magnus de ortu auri i Timęo quę in loco videbis Alchimistas nō posse imitari naturā & adamantē, quo generatur ostendit quo æs, ferrū & quid sit rubigo.

mumq; faciat quod dixit. Scoriæ metallorum ſcoriæ nonnullæ magis experies odoris videntur, quod earũ liquor incenſus eſt, & ſapor conſumptus, quod odor humore, qui ſaporem teneat maximè nitatur, & alatur hoc indicio confirmatur. Argentum inquam, & ſtãnum plus liquoris habent, quam ferrum, & æs nec humorem æquè admixtum ſiccitati ac illa retinent. Sed hic eſt dubitandi locus. Qui fieri poteſt, vt odor naſcatur, & prodeat à ſiccitate, quę ſaporem edit, ſi odor & ſapor vna conſiſtunt, ſeſeq; mutuo conſequuntur. Sed mehercule non dixit Ariſtoteles primum ſaporẽ eſſe, à quo deinde odor proficiſcatur, ſed ſiccitatem quæ ſaporem habeat, & minimè voluit illam ſimpliciter ſiccitatem cauſam dici illius affectionis. quæ intus in aere, vel in aqua fit, quæ ſanè affectio odor eſt, quaſi velit Ariſtotel. hæc ambo ſimul commorari, & cauſam odoris dicas velim ſiccitatem, quæ ſaporem teneat modo ſapor odorẽ producat. Aer enim cum ſuapte natura nihil ſaporis incluſum in ſeipſo habeat, tamẽ odoris eſt particeps. quapropter ſiccitas ſapori cõſociata, quæ in alio polita ſit odorem profert in aere. Itidem aquæ natura non patitur aliquem ſaporem, verumtamen afficitur ſicco redolente ſaporem, & redditur tum guſtatui, & odoratui idonea cũ eſſet ſuapte natura ineptiſſima ad ſaporem. quare ſic eſt paucis cõcludere, odor naſcitur a ſiccitate, quæ ſuo ſapore guſtatum mouere queat in aere, & aqua, quæ ſanè ſiccitas eſt effectrix cauſa. Quemadmodum enim color pellucidum afficit, ita ſapor humida, quę ſupra diximus. Itẽ quemadmodum aſpectus videndiq; actio ſine pellucido non perficitur, neq; guſtandi ſenſus ſine aere, & aqua. Itaq; ſapor in illis ineſt quæ illum recipiunt, at odor in his ſibi manendum eſſe ſtatuit, quæ ſaporem non habent, quanquam fiat ab his quæ ſapiunt. Nam per aerem & aquam odor ad nares proficiſcitur, & odorandi ſenſus efficitur.

Text. 41. *Sunt autem qui arbitrãtur odorem quendam fumi inſtar vaporẽ eſſe qui prodit communiter ab aere & aqua cui ſententia omnes aſſentiuntur. Heraclitus proinde ſic ſolitus erat dicere, quod ſi omnia in fumũ conuerterentur hac ipſa nares perciperent. Cæterum de odore omnes cõſentiunt, alij hunc ipſum decernunt vaporem, alij verò quandam exhalationẽ aeris & terrę, alij demum vtrũq;. Eſt aũt exhalatio humor quidam, & vapor inſtar fumi (vt diximus) cõis aeri, & terræ hoc tũ modo quod ex ipſa exhalatiõe aqua cõſtatur, ex vapore qdã terrę ſpecies.*

Plato vtrũq; dicit ī Timęo cum meatur ex aere atq; in aquam cali go, & ex aqua in aerẽ fumus eſt odor.

Com. 41. Quoſdam naturales in hac ſentẽtia permanſiſſe inquit in qua odorem quendã inſtar fumi vaporẽ aquæ, & aeri communem aſſeuerarunt, in quorum numerũ relatus eſt: Heraclitus huius ſententiæ princeps, qui ſi omnia in fumum abirent, dicebat nares hęc omnia pcipere, quia hæc ſentirent, perinde ac fumus ſit naribus obiectum proprium. Verum quo clarius intelligatur quonam pacto quidã de natura diſputatores odorem ſtatuant eſſe quendã fumi inſtar vaporem ſubnectit. Omnes porrò naturæ in primis ſtudioſi alij odorem exiſtimant quendam vaporem, alij verò quandã exhalationem, alij vtrunq;. Quid porrò vtrunq; ſit, & qua differentia inter ſe diſſideant, proximè declarat. Exhalatio enim eſt humecta quædam aeris & aquæ reſpiratio, quæ vbi primum mutatur in aquam cõuertitur. Vapor verò eſt fumi inſtar communis aeri, & aquæ, ex quo (vt tradit) quædam ſpecies terræ conficitur. Nam ex hac cinis, & fuligo prodeunt. Ac vbi pateſecit quid ſit vtrunq; hęc perſequitur.

Text. 42. *Sed neutrum veriſimile eſt. Exhalatio enim ex aqua excitatur, ſed inſtar fumi vapor in aqua effici non poteſt. Quemadmodum inquam à nobis ſupra dictum eſt multa animantia in aqua odorant.*

Com. 42. Secus eſſe odorem atq; illi definiuerũt cum nec exhalatio, nec vapor ſic ſe habeant, vt putarunt, palam oſtẽdit. Nã exhalatio ab aqua oritur, quapropter odor ab aere non recipietur, ſi odorẽ dixeris eſſe, exhalationem. Quinetiam aqua odoris ſuapte natura expers eſt & vapor inſtar fumi in aqua confici nequit in qua tamen odor ineſt. Nam & quæ degunt vitam in aquis, & quæ non viuunt in aqua per hanc ipſam olfaciunt.

Hęc verba in Platō dicit vt Ariſtot. & Alex. vide Ti mœ. ſed quia priores Plato ne idem dixerunt ideo contra omnes dicit.

Text. 43. *Adde vaporẽ inſtar fumi defluxui ſimilẽ ferũt. Quod ſi non probe ille ſe habet, nec ipſe probe rectèq; valebit.*

Com. 43. Odorem non eſſe vaporem inſtar fumi ex eo oſtẽdit qm ille quidam eſt, ab eo defluxus, a quo efficitur. Qui ergo defluxus introduxerunt hosq; cernendi cauſas aſſeuerarunt, vt minus probe ſentiunt, quoniã neceſſe foret, vt eiuſmodi defluxus a rebus quæ ſub aſpectum, cadere poſſunt corporati eſſent, neque paululũ more ſubſiſterent immo repente conſumerentur, ita errant, qui ab his reb. quę olent vaporẽ inſtar fumi vel defluxũ emanare cenſent. Etenim quę olent illico interire, atq; euaneſcere oporteret, neq; ſpaciũ tpis, quã minimũ durarent, ſed longe aliter a nobis obſeruatũ eſt, quod à nonnullis corpuſculis bonum odorem manaſſe ad nares noſtras, & tandiu odorem ſuum illa corpuſcula probe retinuiſſe, ac conſeruaſſe quandiu ſubſiſterent animaduertimus. Quemadmodum enim ea, in quibus ineſt vapor inſtar fumi quã celerrime velut mirrha, & id genus eorum quæ vaporẽ edunt conſumi ſolent, ita cætera repente deficerent. Sed quæ olẽt non illico abſumuntur, ita nec odor erit fumi inſtar vapor, vel defluxus, qui proficiſcatur a rebus, quas odoramus. Præterea tactus eſſet hic ſenſus, qui odores percipit, quod ſanè ſupra a vero alienum eſſe demonſtrauimus. Quare erit ſermo de vapore fumi inſtar itidem leuis & futilis, vt eſt ille de fluxibus quos multis rationibus reiecimus.

Text. 44. *Compertum itaq; eſt humorem in aqua, & in ipſo aere aliquid recipere, & a ſiccitate affici non inſipida. Etenim aer humecta naturæ eſt. Si pręterea ſiccum dilutum vt in humoribus ſaporem itidem in aere odorẽ efficit palam eſt, vt cum ſaporibus conferendi ſint odores.*

Com. 44. Reiecit eos qui odorem, vel vaporem inſtar fumi, vel exhalationem eſſe ſtatuerunt, hoc inquam argumento quod odor tam in aere, qnam in aqua conficitur, ſed nec vapor, ille fumi inſtar hec exhalatio in aere nec in aqua excitatur. quibus ſanè verbis nos ad huius quod ſupra demonſtrauit memoriam reuocat diligenter vbi odorem ſiccitate, quæ redoleat ſaporem cum in aqua, tum in aere proficiſci, probauit hac tamen coniectura, quia in vtroq; elemento ponuntur, quæ olent. Etenim nec aer ſolum aut eius humor, verumetiam aquæ liquor eſt huius effectus particeps. Sed ne labores de verbis. Cum dicit humorem in ipſo aere intelligas velim humorem in aere, quod quidem de induſtria fecit Ariſtot. vt nos memoriæ mandatemus, quæ alias de aere diſputauit, quem humidum ſuapte natura cum multis ſanè locis, tum vel maximè duobus ſtatuit libris, qui de ortu terum, atq; interitu inſcribuntur. His autem dictis addit. Si præter ea ſiccum dilutum, vt in humidis odores ingerit ita in aqua ſapores. Nam in aqua illa ſicci lauatio & affectio ſapor erat, & in humidis ferè ſimiliter ſicci non inſipidi lauatio & affectio odor dicitur. Quòd ſi in humore aridum vel ſiccum, tam ſaporis, quam odoris efficiens eſt, idq; collocatum in humidis, nimirum perſpicuũ eſt, operęprecium eſſe, vt cũ ſaporib. congruant, & conferantur odores. Vel verba hoc modo ponderentur. Quòd ſi nõ inſipidum ſiccum dilutũ aqua & aere itidẽ odores edit, ſanè liquet odores conferendos eſſe cum illis ſaporib. in quibus fiunt. Si enim diſſidebunt ſapores, diſſideãt quoque odores neceſſe eſt, quandoquidem odorum differentiæ, ab illis ſaporũ ducantur. Eſt enim norma quædã vel regula, vel perſcriptio, vt ſic ſe habeat, quę

consequuntur quemadmodum quæ præcedunt sese habere videntur. quocirca hæc illico adiecit.

Text. 45. *Sunt porrò nonnulli, quibus accidit, vt cum saporibus congruāt. Etenim acres, dulces, austeri, amari pingues odores extant. Quod siquis putridos odores amaris saporibus respōdere dixerit, is certe non temere dixerit propterea quod quemadmodū illi ægre potantur, ita putridi vix odorem conflāt. Quibus illud perspicuum fit vt quicquid est in aere & aqua odor sit quod est in aqua sapor. Quocirca frigus & gelu sapores obtūdunt, & odores obscurant. Calorem enim qui mouendo aliquid architectatur frigus, & congelatio demoliuntur.*

Com. 45. Vt sapores, item odores acres, dulces austeri, amari crassi existunt, cum quisque odor suo cuique saporis respondeat, quinetiam eorum odores, qui dum hauriūtur nauseam faciunt, cū saporibus amaris conferuntur & congruunt. Hos proinde his verbis congruere declarat, propterea quod quemadmodū illi, idest sapores amari ægre potantur, ita putridi odores vix odorantur. Quæ sanè dicta cum sibi sumat tanquam perspicua horum etiam ope de his, quę antedicximus nos certiores facit. Primum inquit saporem in aqua confici, & à siccitate terrestri proficisci. Deinde hūc ipsum in aere, & aqua odorem à siccitate non insipida perfici, & calorem vtrumque edere afferit, hoc sanè modo comprobans, quia frigus & gelu æquè odores, ac sapores hebetant. Calorem enim, qui sapores condit frigus, & gelu opprimunt & delent. Quapropter & admixtionem & concretionem à calore in illis ingeneratam turbant, & adimūt, qua sublata merito sapores primum, odores deinde, qui à saporibus in humido generantur intereunt. Sed ne te lateat cur adiecerit hoc verbū (nō nulli) addidit sanè, vt ostenderet, quosdam odores suaues, ac crassos esse suapte natura, & non eo tales esse quod sapores comitantur.

De saporibus lege Timæum & ibi inspice. Tendantur a lingua venę. Erat mihi in aio ostendere loca quęlibet Timæi in quę inuehitur. Arist. plane & Alex. hoc nō vidit ? hunc libellū vt tertiū de cœlo cōtra Timæum conscriptum esse an vero recte reprehēdat Plato. Alias videndū, ideo dicā singula lo a i nostris Cōmentarijs.

Cōtex. 46 *Reliquū eius quod olet duæ species afferuntur, quo in loco errant qui nullam esse olentis speciem affirmant. Quocirca quo pacto sint & non esse dici debeant nobis tractādum est saporum enim vna est species quemadmodum diximus ordinata, qui suauitatem, dulcedinemue, & tristitiam habeat aduentitiam. Nam propterea quod sapor & odor affectus sunt eius quo aluntur animalia, odores tum his maximè animantibus suaues videntur, qui cibum escamque appetunt. Contra ijdem ac esculenta, poculentaque bene olentia non ea oblectant animalia, quæ sanè cibo se complent, & vbertate saturata nihil vltra quærunt. Quare odores (vt supra testatū reliquimus) aduētitiam suauitatē, & tristitiā habēt. Qua de causa cuiq; animāti communes existunt. Atqui illi sunt suapte natura suaues odores velut illi florum, qui nec magis, nec minus ad pastum capescēdum animalia inuitant, neque quicquam ad excitandum appetitū conferunt. Contra immo magis reprimunt. Vnde vera sint quæ Euripidem irridendi causa, Stratis dixit.*

Cum lenticula coquitur, nihil olentis infundito.

Secus nostri nūc faciunt homines, qui ut voluptate admodum capiantur solent poculentis odorum vires permiscere, idq; eo libentius faciunt, vt voluptatē tanquā vnā, atque vna sentiēdi actione duos sensus capiant. Hac autem species odoris homini præcipuè accommodata est, altera verò eorum videlicet odorum, qui vt natura saporis postulat ita digeruntur, cæteris (quemadmodum supra cē sumus) etiam tribuitur. Præterea hoc odorum genus propterea quod aduentitiam suauitatem & molestiam retinent vt sapores diuiduntur, ita partitur. At longe aliter illi generi odorum accidit, qui suapte natura vel oblectant sensus, vel afficiunt tristitia. cur autem hoc genus odorum homini maximè accommodetur, in causa est frigus cerebri. Cum enim cerebrum natura algeat, eunque in his venis, quæ illi adhærent sanguis inclusus pertenuis, ac perpurgatus sit, quam facillimè frigore congelatur. Quocirca cibi ille fumi instar vapor, qui caput petit: quando ob locum friget, nimirum morbos illos excitat, qui destuxiones dici solent. Hac sanè odorum species nata esse videtur, vt ad recuperandam homini valetudinem magnum afferat adiumentum. Neque huic aliud munus tribuitur quod quidem palam exercet. Cibus enim suauis, & siccus & humecta natura plerunque morbos nobis creat, at verò bonus odor nos vtcunque ipsos habuerimus vehementer delectat semperque (vt ita dicam) iuuat. Qua de causa non omnia animantia bos odores hauriunt, sed homines, & cum ea quadrupedum quæ sanguinem habent, tum etiam reliqua quæ aeris natura magis delectantur. Cum ergo odores caloris ingeniti leuitate cerebrum petunt, tum his qui illum incolunt locum melius est. Vis enim odoris natura calida est. Quocirca respirandi vsum propter duo natura dedit animantibus, vt cum respiratione tanquam opera opportuna vterētur ad earum rerum præsidium, quæ pectore continentur, tum etiam ea ipsa tanquam re ad odorem capescendum congrua. Cum animolia spiritum extrinsecus adducunt odor permeat per ipsas nares vsque ad intestina. Humanæ porrò natura accommodatissimum est hoc genus odorum, quippe hominis cerebrum aliorum animantium cerebrum & magnitudine & humore antit quod etiam in causa est, vt reliquorum viuentium solus homo vt ita dicam hoc genus odorum percipiat his delectetur, ex similibus voluptatem capiat, propterea quod eorum calor, & actio quam aptissimè ea cerebri loca frigidissimo, & humidissima temperat. At cæteris animantibus, quibus pulmones dati sunt, vt spiritum excipiant eum certe sensum natura tribuit, qui alterum odorum genus perciperet ne duo ederet odorandi instrumenta. Contenta enim animalia quando hauriunt spiritum aspirando hoc sensu esse debent, qui illud aliud genus odorum sentit, quemadmodum homines vno fruuntur sensu, qui vtrunque genus eorum, quæ olent comprehendit. Cæterum propterea perspicuum esse arbitror quædam animalia, etsi vsum respirandi non obtinent odorandi tamen sensu potiri, quod pisces, genusq; insectorum vniuersum eminus ac prope odorem percipiunt, cuius rei causa est illa pabuli olentis natura, à qua animalia, etsi longo interuallo ab eadem esca disiuncta sunt, tamen illuc rapiuntur, quemadmodum apes à melle longeq; formicæ, quas nonnulli scenipas vocant, & purpura, quæ maris littora incolunt, ac pleraq; alia animalia ab esculentis alliciuntur, quæ sanè esculenta acute ob odorem præsentiunt. Verum perspicuum est non æque hoc modo omnia sentiri.

Pla. negat species odoris primā cu dicit in Timæo circa narīū vim species non sunt. Deinde paulo infra, sed ibi duo nomina tā tum manifeste sunt, suaue, & molestū quā conturbat vio latq; omnem cā capacitatē quæ a summo capitis vertice ad vmbilicū protēditur. Suaue autē cā aū mulcet, & amico quodā ingressu naturalem eius seruat habitum, tota disputatio & tractatio huius libri est in Platonē, quare Alexā. non vidit Platonē copiose.

Dicit reueralē ge melius Aristo quamq; Timæus aut Pla.

Itaq; cerebri ob algorē alaitū calidius est cerebro hois.

Et ego experior in quodā morbo quem Medici ignorant, & nōnulli putāt spūm me habere ignē in corpore, de quo morbo multa alias, itaq; odor florum me admodū iuuat, neque ē odor melior huic morbo, & hęc dū scribebam odorabam flores e quibus aqua relicta fit.

Plato dicit vsque ad vmbilicū i Timęo.

Plato dicit cerebrū medullæ partem in Timæo loco de cerebro.

Com. 46. Quidam species odorum aliter esse ferebant, quam sint earum rerum species, quæ exaudiuntur, quæ degustantur, quæ cernuntur, quoniam hæ solitariæ suapteque natura consistunt, at illæ nec per se, nec simplices exstant. Nam odorum differentiæ quanquam per se suapteq; natura esse videantur, tamen non ita se habent, sed à saporibus ducuntur. Etenim suauis, austerus, amarus, cæteræque huiusmodi differentiæ inter se dissident, quod sapores à quibus emanant odores (quemadmodum supra dicebatur) sanè discrepant. Hanc opinionem refellit falsamque esse ostendit, & duo genera odorum totidemque differentias introducit. Quod si odorum differentiæ ita sapores sectentur, vt alter suauis, alter verò molestus sit, nimirum sectantne illos non suapte natura sed aliena aduentitiaque. Similiter præterea species, quæ suapte natura, perq; se dicuntur ita se habēt, vt eorum saporum differentiam

Alex. ignarus rei Platonicæ nescit huius loci sententiam.

ferentiam ſequantur, in quibus non ſuapte collocantur natura. Hoc inquam genus odorum propterea quod in ipſo ſapore ineſt, quo aluntur animalia, & ab eodem oritur hac ratione illum ſectatur. Iam enim recipimus odorem à ſapore ſicci originem trahere, qui ſiccus ſapor profecto naſcitur ex ſapore qui alit. Proinde ſi hoc odorum genus & ſuaue, & permoleſtum eſt, etiã has qualitates habet aduentitias. Nam odores ſuaues & odioſi dicuntur, quod ad paſtũ referuntur, à quo prodeunt. Quamobrem ij tum ea maximè animalia oblectant, quæ cibum capeſcere auent, contra autem moleſti, atque odioſi ſunt ijs, qui ſanè ſaturati ſunt. Ac quos cibus delectat, his etiam eius odor gratus eſt. Contra a quo paſtu animalia refugiunt, eiuſdem etiam odorem vitant. Quare odores has qualitates ſuauitatem, & mœſtitiam tanquam aduentitias (quemadmodum diximus) habẽt, quod etiam ij corr probant, qui odorum illud per ſe ſuapteq; natura genus adimunt. Non enim tales odores extarent, ſi omnes ſaporum differentias ſectarentur, & qui ſunt per ſe illas qualitates haberẽt aduentitias. quare perinde eſſent variæ odorũ ſpecies, ac diuerſa genera eſſent ſaporum, reliquum monet eiuſmodi odores, qui in ſaporibus quib. alimur inſunt vtiq; animanti communes eſſe. Omnia enim animalia & aluntur, & ſenſum percipiendi odorem cibi retinent. Ac aliud introducit genus odorũ qui ſuaues ſuapte ſunt natura, & non aduentitiam ſuauitatem a ſaporibus ſumunt, quod quidem his de cauſis fit, quoniam huiuſmodi odores, neque in eſculentis poculentiſque inhærent, & collocantur, neque a ſapore alente proficiſcuntur, neq; ad paſtus capeſſendos, & ad veſcendum animalia inuitant, atque attrahunt. quo in genere ponuntur florum odores, qui cũ nihil ad cibi appetitionem cõferunt, tum etiam ęquè eos delectant qui ſaturati ſunt, quam qui minimè. Huius rei videlicet huius generis odores nihil ad Iumendas eſcas præſtare, immo ſapores obtundere teſtẽ adducit Stratidem comicum, qui illam ſuperuacaueam componendis verſibus adhibitam ab Euripide diligẽtiam mordendi irridendiq; cauſa hæc dixit.

Cum lenticula coquitur, nihil olentis infundito. Quaſi nilul olens quicquam cibo conferat. quinetiã eundem ij odores reddunt ad alendum ineptum, atq; imbecillum, cui tamen repugnarunt nonnulli (vt ait) voluptatis amatores, quandoquidem olentium ſuauitati imprimis dediti naturam ad ſumenda poculenta cogere videbantur, cum hi vino eo admiſcerent odores, vt aſſueſcerent potu, qui ſuapte natura inſipidus erat, & duorum ſenſuum quiſque guſtatus inquam, & odoratus ſuam voluptatem caperet. Iam verò hoc genus odoris (vt ait) non eſt cuiq; animanti commune vt illud erat, quòd a ſaporibus, qui animalia nutriunt proficiſcitur. Itaq; eorum odorum formas ac genera non ſuape natura, ſed aduentitia ob varios ſapores diſtingui Ariſtote. tradit, ſed huius odoris homini cognatiſſimi genera nequaquam ſequi diuiſionem ſaporũ decernit, quod hic odor nihil commune cũ ſapore habet quoniam nec ſuauis, nec permoleſtus eſt ob aduentitiam naturam. Fortaſſe illius odoris ſpecies ad eum modum eſſe ſtatuit, quoniam etiam ſunt eorum ſaporum ſpecies, in quibus innaſcuntur, & quib. ſub-

De hoc dixit Plato quando negat odoris eſſe ſpecies. latis intereunt. Sed odoris ſuapte natura ſuauis non ſunt ſpecies, quandoquidẽ in his non inſident, è quorum lectione ſpecies naſcuntur variæ. Nam ſupra retulit. Quocirca quopacto ſint ſaporum ſpecies, & non eſſe dici debeant, nobis tractandum eſt. Illud potius fortè intelligendum eſt, quia huius generis non ſunt ſpecies per ſe, ſed ſecundum naturam aduentitiã. Etenim ſuauitas, ac triſtitia omnino primæ, perq; magnæ differentiæ in ipſo odore non ſuapte natura, ſed aliena atq; aduentitia. Odoris autem qui ſuapte natura ſuauitatem & triſtitiam affert, hæ ſanè differentiæ ſuauitas, atque moleſtia erunt per ſe & primę, quoniã hæ illi natura congruunt. Deinde aliæ quoque ſunt differentiæ, quæ ſub illis duabus complectuntur, quę etſi nomine vacent, tamen multæ ſunt ſuapte natura. Quis enim non videt è varijs floribus multas oriri odorum differentias? Quia etiam hoc fit perſpicuum ex vnguentorum quædam admixtione, & eorum ſcilicet odorum, qui nulla arte condiuntur, ſed ſuapte miſcentur natura. Cæterum duo genera odorum eſſe narrat, alterum quod ſaporum ordinem & naturam ſequitur, quodque propterea ſuauitatem triſtitiamq; parit, & fundit, alterum quod ſapores ſequitur, iccirco aduentitia natura eas qualitates retinet. Non.n. quatenus odores ſuauitatem complectuntur, ſed qua ratione ſunt quidam ſaporum nuncij. Hoc genus ſolum odorum eſſe veteres cenſuerunt, quòd & ſi ſaporem ſequatur, tamen huius plures ſpecies non afferebant. Sed mehercule eſt quoddam aliud odorũ genus, quod ſuapte natura, & non comparatione ad ſapores, nec aduentitia natura ſuauitatem, & moleſtiam affert. Quamobrem duo extant odorum genera, & minimè vnũ eſt, quemadmodum quidam arbitrabantur, & cum addidiſſet illud quod eſt homini peculiare olentium genus, affert cauſam, cur id homini tributum, atque datum ſit. Nam ſi cerebrum hominis cum cæterorum animalium quouis cerebro conferatur, omne anteibit frigore. quocirca loca cerebro vicina gelu conglaciant, cuius rei illud eſt argumentum, quod ſanguis ille, qui eas replet venulas peranguſtas pertenuis & purus eſt ea de cauſa, vt probe ſentiamus ſenſuq; polleamus. Sanguis porrò ille, quia tenuis & exiguus eſt, perfacile coarctatur, & denſus fit. Quocirca ad ſuſtinenda defendẽdaq; illa loca frigida odores natura ſup- Catarri vulgo.
petias mittit. Nam fluxionibus & hoc genere morbi quando humor fluit a capite eæ partes læduntur. Equidem cum cibi vapor eas ſupremas partes petit gelu riget. & denſus fit, deinde defluit, & ea quæ intus ſunt ſuo fluxu commouet. Natura proinde hęc odorum ad recuperandam & tutandam valetudinem, & ad fouenda prædicta loca odorum calore miro artificio edidit. Huius enim odoris generis nullũ aliud munus tribuitur, quam loca cerebri frigida calore quodã fouere, & frigus illic ne redundet plus debito temperare. hæ itaq; ſunt odorum natura conſiſtentium differentiæ odoratui quidem gratiſſimæ & ſuauiſſimæ. Cum enim ſicci ſint odores & molli ſuauiq; calore digerantur, quanto magis conficiuntur, tanto melius olent, & delectant. Nam bene olent, quoniam eorum humor bene concoquitur, quod ſanè eſt in cauſa, vt odores acutius longeq; vehementius nares afficiant, quoties ea obſident loca quæ recalent, & ſicca ſunt. Quinetiam terra æſtuans, & ſicca ſi imbribus mollita oblimataq; fuerit, redolet quidem odorem ſuauiſſimum propter calorẽ conceptum atq; incluſum in ea. Nam ex ea tum prodeunt ſapores tenues & ſicci. Contra ſi humor indigeſtus nec coctus in ea ob frigus inerit, odioſi odores, atq; iniucundi naſcuntur. Huiuſmodi odores naturam hominibus dediſſe eorum ſalutis tuẽdę, & minimè alterius muneris, aut officij cũ his ſere verbis expreſsit, quib. odores ſaporum, quos aduẽtitiam ſuauitatẽ & triſtitiam habere ſupra ſtatuit, morbos varios ſæpe creare dixit. Replent igitur caput, quod ſanè certis odoribus potionum facile comprehenditur. At odor florum ſuauis eſt, & nos vtcunq; ſeſe habentes fere ſemper iuuant, & ſalutis valetudiniſq; tuendę, & recuperãdæ ſubſidio veniunt. Etenim cum alijs temporibus, tum maximè peſtiferis & his in quibus peſtis ſolet corpora vehementer lædere, florũ odor hominibus prodeſt, tum etiam animaduertendum eſt, vt ſeſe ad ea homines recipiant loca quæ

odor salutaria conseruat. Et cum supra censuisset hoc genus odorum homini proprium.aptum, accommodatum esse, quonam modo sit propriū patefecit, quoniam non itā proprium homini, vt huic solū congruat sed huic vel quia maximè, quandoquidem quædam animalia sanguinis expertia, quemadmodum ea, quæ pedes quatuor habent, & quę aspirant, omnia hoc genus odorum sentiunt. Hæc enim animantia, cum aeris, spiritusq; multo plusquàm cætera hauriant, dū aspirant adducuntque spiritum extrinsecus, odores vna attrahunt naribus qui sane cum suo calore leuiores sint, ad cerebum conscendunt, & ea loca reddunt salutaria. Odor enim qui bene oleat, suapte natura calidus est, vt supra est nobis disputatum. Etenim caloris artificio oriuntur odores. Ac eodem instrumento ad varias actiones, natura vti sæpe solet. Iccirco lingua discernit sapores, fingit vocem, & vsum proferendę orationi exhibet, quibus officijs humana lingua palam fungitur. Itidem spiritu, qui hauritur a pulmonibus natura vtitur primum ad cōseruationem eorum maximè, quæ excipiunt extrinsecus spiritum, & respirant. Equidem confert ad retinendam animam & vitam quę intus in pectore inest, quęque sane ab aere & spiritu, quasi quoddam opus efficitur. Deinde ad sentiendum odorem. Cum enim animalia auram, & spiritum inspirant, is sanè spiritus traijcitur quasi per nares vsque ad pulmones qui cum vna traijcitur odor qui in ipso spiritu, (vel aere insidet, & ita odorandi actio fit. Refert se iterum ad comprobandum hoc genus odorum esse quam maximè homini accommodarum, huncq; ipsum admodum delectare cum propter cerebri molem, quæ pro ipsa corporis humani proportione excedit cuiuscunq; alterius animalis cerebri molem, tum etiam quia loca cerebri frigida sunt, & subsidio extrinsecus egent. Sed cęteris viuentib. quæcunq; spiritum hauriunt, quoniam pulmones habent, & aerem inspirant, quo temperatur cordis calor, & inspirando odorant, datum non est alijs odoribus frui quā his, qui manant a saporibus. Et ne duo instrumēta sentiendi in his animantibus natura effingeret, vnum videlicet quo spiritum inspirarent. alterū quo odorarēt. vnum solum finxit inspirandi attrahendiq; spiritum, vt simul hauriēdo odorarent. Hoc loco te monitū velim ab eo dici sensum, vel instr̄m sentiendi pro instrumento hauriendi spiritum. Vt enim homini quia aspirat redditq; spiritū duplex genus odorū tribuitur, ita cęteris animantibus alterum horū odorum genus datum est, qui a saporib. his ducuntur quib. animalia alūtur. Quocirca hoc solū genus odorū percipiunt. Ea quoq; animalia, quæ non adducunt auram extrinsecus neq; reddunt, clarissimum est odorandi sensum habere. Solent enim ad cibum capescendum longum iter facere. quinetiam piscium genus, & ea præsertim animalia, quę indiuidua entomaq; appellant, sine inspirādi respirandiq; beneficio odorant. Contenta enim omnino esse debent animalia, vt eodē instrumento attrahendi spiritū odores percipiāt. Quemadmodū enim homines vno sensu odorādi vtrūq; genus odorū percipiunt, ita illis sat est vnum inspirandi instrumentū. Verbū hoc, cōtenta, & ad homines, & ad cętera aīalia. communiter refertur. Sunt præterea exemplaria, quæ illud (omnino) non habēt. Et si ita fuerint. verba perlecta, clarior longe, ac dilucidior erit sententia.

Côte. 47. *Quare nonnulli non immerito quærerent quonam instrumento hęc animalia odores sentiant, quippe cum ea qua spiritum hauriunt vno modo inspirando odorent. Est enim euidens animalia, quæ extrinsecus aerem attrahūt odorandi sensum habere cum eundem inspirant. Cum porrò eorum, quæ supra diximus animalium nullum aspirādi respirandiq; munus habeat, dubium est qua via odorent. Nam sentiunt, nisi quidam sensus introducatur à quinq; sensibus alienus, quod sanè fieri non potest. Nam odoratus sibi omne cognatum habet obiectum quod sub sensum odorandi cadit. At verò dixerim illa quidem animalia eiusmodi odorem percipere, sed fortasse non æquè, vt ea quę aspirāt quoniam hęc quoties olfaciunt aliquid spiritus qui foris est integumentum quasi quoddam operculum remouet, quod sanè in causa est, vt nihil præterquam spiritum hauriendo sentiant. Secus autem in his animalibus fit quæ minimè aerem inspirant, quandoquidē æquè detractum habent operculum, vt ea quæ pupilla forti & dura oculos habentia detractis palpebris aspiciunt. Sunt enim animalia, quorū oculi palpebris teguntur, quæ nisi cooperiantur nihil est cernere. Sunt quoque alia quorum acies fortis, & constans non eget eiusmodi integumentis, quapropter nec vllo, quod aperiatur indiget, sed illico cernit sua facultate videndi fulta & præmunita.*

Censuit supra quædam animalia esse, quæ cum omnino aerem inspirent, odore rapiuntur ad escas, quibus vt vescantur longum iter faciunt, de quorum odoratu in dubium reuocandum esse inquit. Is ne alter sit ab eo, quo vtūtur animalia quæ spiritum aeremq; excipiunt inspirando, quandoquidem illa aspirandi respirandiq; beneficium non habeant, quocirca sensum odorandi talem (vt diximus) habere minimè videntur sed potius quendam a quinque sensibus distinctum, quo possint odores percipere. Quæ cum in quæstionem dubiumq; vocet refert tamen non posse alium cooptari sensum in numerum eorū, quos quinq; statuit, cuius rei causam, & rationem affert, quoniam ea odorandi actio, quæ animalia olfaciunt nulli certe sensui pręterquam vni odoratui accommodatur, quare si odores rerum percipiunt, eorum odoratui hoc munus tribuendum erit. Verum odorādi non est cuique viuenti eadem lex, normaq; sancita, sed quæ aerē hauriunt aspirantq; sanè odores percipiunt, quamprimum aer, vel spiritus quem inspirant integumentum quasi quoddam operculum atque hostium odorandi viæ aperuerit, aut remouerit, aut viam perangustam ampliorem latioremve fecerit, quapropter ea animalia quibus hauriendi spiritum facultas concessa est odorari escas cæterosq; odores nisi aerem aspirando nequeunt, verum non quacunq; spiritus adducitur traijciturq; ad pulmones odor permeat, sed dum spiritus permeat ad pulmones ea pars, quæ odorem defert, vna secum transmeat vsque ad nares, vbi munus suum odor exercere sua habilitate potest. Ac non idem iter odores tenere, & spiritum quem hauriunt animalia, vel ex his perspicuum est, quod ore naribusq; attrahere adducereq; intro spiritum solent animantia, & tamē nihil ore odorant, sed narib. quas videtur natura ob id munus fecisse, vt quando animal aerem aspiraret, per hos meatus odori aditus pateret. Itaq; viuentia, quæ spiritum hauriunt cum eos aditus nariū pręclusos habeant, per quos spiritus permeat ad pulmones aliquid postulāt, cuius officium sit eos aperire, quod qdem est ipse spiritus. At his animantibus, quæ excipiendi aurā spiritumq ac reddendi vsum non habent, is locus patefit odorandi, neq; tegitur operculo. Qua de cā non petūt, neq; requirūt spiritū, q aperiat fores odoratus. Quod ne videatur tibi absurdum stultūq; esse hęc animalia instrumentū odorandi aliter longe, quā ea quæ aerē inspirant habere, idipsum comprobat, propterea qđ sunt q̄dam viuentia, quæ cernere non possunt, nisi palpebræ quædam quasi aciei propugnacula, & integumente aperiantur. Sunt ēt quæ pupillam aciemq; oculorū duram retinent, cui propterea non est opus palpebris quæ aperiantur, sed suapte firmitate, & nullo externo adhibito subsidio aspectum ad ea quæ ab ipsis cernuntur facile conuertunt.

[illegible] nullum est, cui permo- Côtex. 48.

lestus

lectus sit eorum odor, quæ male olent, nisi pernitiem quandam afferat. Nam ab intolerabili odoris fœditate solēt extingui animalia. Et quemadmodum hominū caput carbonum habitu in grauedinem incidit quo plerunque illi occūbunt, ita reliqua viuentia molestia sulphuris aut bituminis intereunt, & hæc vitant non propter odoris fœditatem, quem sanè tolerant, sed ne detrimentum capiant. Ac quædam fœdos odores habent, quæ terra parit, & fundit, quæque nihil ad gustatum, & esum conferunt.

Com. 48. Partiebatur supra, quod olet ī duo genera, quorum alterum cum sequi saporem quo nutricantur animalia dixit, & idipsum suauitatem, & molestiam aduentitiā habere statuit, cum ab esca proficiscatur. Hoc genus odorandi sensu omnia animantia fruuntur, alterum verò suaue, ac fœdum suapte natura asserens homini solum esse accomodatum hac de causa voluit quod odor cū calidus sit frigus cerebri temperat, quo abundat idipsū sanè quia plus humidi pro sua mole habet, quam cuiusuis alterius animantis cerebrum. Cunque supra narrasset florum odores, qui suapte natura suaues sunt homini à cæteris animalibus non percipi nisi aluerint ea, nunc autem sese refert ad cōtrarios, & male olētes odores, qui suapte natura fœdi sunt, & suauissimis odoribus repugnāt. Hos autem arcet à sensu cæterorum animalium, propterea quod vt suaues per se odores nō percipiunt, ita nec fœdos, & molestos nisi quispiam velit, inter hos odores quosdam reperiri, qui animalia enecent. Nam quemadmodum eos odores, qui eos alūt & salutares sunt atque suauitatem habent aduentitiā sentiunt, ita eos, qui detrimentum vitæ afferunt percipiunt. Etenim propterea animalia opprimunt, atq; enecant, quod fœditatem suam aduentitiam, & manātem ex sapore quo alere deberent, hauriant. Quocirca modum quo intereunt animalia, proxime patefacit dicens. Vt enim carbonum non odore, sed habitu hominum caput, dum spiritum hauriūt grauedine obtunditur, qua quidem plerunque occumbunt, ita animalia illa sulphuris, aut bituminis vi magnaque molestia occidunt, quapropter ab eorum odore refugiunt. Serpentes proinde, cum odorem, ex accensis cornibus exhalantem cauent, tum etiam illum eius herbæ, quā polion vocant non ea de causa vitant, quia male olent, sed quia officiunt vitæ, atque eos perdunt. Ac merito de his sermonem fecit Aristoteles, quod cum animantia quædam ab illa fœditate odorum intolerabili refugiant, qui nimirum non ab escis prodeunt, sed suapte natura sunt sequi videbantur, vt odores ita per se suaues sentirent, quemadmodum illos fœdos, per se pcipiebant, iccirco eosdem ostendit non qua ratione extant simpliciter fœdi, & permolesti percipi ab illis, qui illos olfaciunt, & vitāt. Quare hos cauere debēt, quemadmodum prosequuntur suaues, & eos quibus aluntur. Huius rei signum affert, quoniam eius generis odores, qui suapte natura male olēt, non cauent, sed plures fœdos odores vitant, qui ab herbis nascuntur pestiferi. Verum quoduis animal cum nō fert odorem, qui naturæ suæ nocent, & cum prosequitur qui suauis est, & prodest. Ac suauitatem, & tristitiam capiunt animalia, ex odoribus, qua illi ratione in cibo insunt. Delectantur enim his solum odoribus, qui ad gustatum, & pastum aliqui conferunt. Sed quædam incidit dubitatio, quæ sane ex pximè dictis oritur. Si enim homo (quemadmodum libro 2. de anima, atque superioribus verbis, & eo locu qui nobis causam patefecit, cur sapores perfectius, quam odores perciperemus) de odoratu disserens voluit olfaciēdi sensum longe debiliorem obtusioremque hominibus, quam cæteris animantibus tributum esse. quinetiam hunc ipsum in homine cęteris quatuor sensibus hebetiorem aduit, qui fieri potest, vt nos sentiamus omne odorum genus, & cætera animā-

Quomodo eiiciantur serpētes.

tiā eos solū percipiant, qui sequuntur sapores? At præcisa sit, his verbis dubitatio, q̄ homo pessimè eos odores percipit, quos asseruit aduentitiā, voluptatē & tristitiā cæteris animantib. afferre. Neq; enim eodē spatij interuallo, neque ex simillima impressione homo, & belluæ odores percipiunt. Quare si feræ reliquaque bestiarum genera eos odores sentirent, qui homini solum tributi sunt nimirum in his percipiendis ferę hominem antecellerēt. Quod si etiam nos rogaueris, cur qui homini accommodantur odores non comprehenduntur à belluis, respondebimus illico non oportere.

Cum sensuum numerus impar sit qui scilicet numerus medium locum habere videtur, nimirum olfaciendi sensus inter reliquos qui tactus, & gustatus appellantur, atque inter eos, qui alterius subsidio velut aspectus, & auditus aliquid percipiunt eundem obsidebit. Quamobrem quod ab odoratu comprehenditur quędam earum rerum est affectio, quibus aluntur viuentia. Hoc autem in eodem genere collocatur in quo ponuntur cum ea, quæ auditum feriunt, tum etiam quæ aspectum mouent. Animalia porrò quod olet in aere, & aqua cum vtrique id ipsum commune sit, odorant. Quinetiam hoc commune est rei, quæ attingitur, & auditur, atq; perspicuo. Non immerito itaque cum siccis rebus conferri solet, quæ humido, & eo quod diffluit perinde asperguntur, ac ablui & infici videantur. Cōtex. 49

Com. 49. His verbis locum quoquo modo mediū inter sensum tangendi. & gustatum, atque inter aspectum & auditum qui alterius subsidio sentiunt, odoratui ascribit. Sed vsus est miro argumento quo illi medium tribuat locum. Cum enim quicūque numerus impar medium locum quēdam locum occupet, & numerus sensuum impar sit, inter sensus erit vnus qui medium desideret locum. Hic autem erit odorandi sensus. Verum quonam modo medium locum habeat, & particeps sit, vtriusq; explicat. Quod enim olet qua ratione quędam affectio saporum est qui degustātur, & ob id à tactu percipi queunt, iccirco aliquo modo cōmuniter sentimus, quę olēt, quasi quædam, quæ attingi & percipi tactu solent. Nam ea quibus nutriuntur animalia in eodem collocantur genere, in quo reponuntur quæ tactu comprehenduntur. Etenim gustatum quēdā fuisse tactum in commentarijs de anima conclusum est. Ac eorum particeps sensuum odoratus est, qui sanè p media suas functiones exercent, quemadmodum aspectus & auditus, cum is odorandi sensus non minus p aerem & aquam, quàm aspectus & auditus sua comprehendunt obiecta. Animaduerte tamen vbi adiecit (Et perspicuo) per hoc verbum videtur velle rem quę cernitur, vel quæ in aspectum cadere possit, intelligi. Cernimus enim si pellucidum actu illustratum fuerit. Deinde ex his (vt dictum est) merito odores percipi monet, quandoquidem ambo à definitione complectantur, videlicet, quę attinguntur, & media, quibus sensus vtuntur, quo sua exercent opera. Iam enim definiebatur odor esse quædam affectio, quæ à siccitate rei habentis saporem promanaret ad nares. in qua definitione, illud etiam intelligas oportet, vt necesse sit siccitatem non secus humido oblimatam mollitamque esse, quam eà solent quæ lauantur, & inficiuntur. Dixit non immerito conferri, cum rebus siccis ob lauationem, & infectionē. Non enim ad vnguē, odor est lauatio, sed transfertur ab his, qui lauādo resinficiūt. Neque enim in aere propriè lauatio fit. Cæterū liquorem, vel quod diffunditur perinde dixit, ac humorem diceret. Aqua enim, & aer humida sunt, & diffunduntur. Fortasse verbum illud (humido) ad aquam, & illud (Eo quod diffluit) ad aerem referenda esse voluit, propterea quod ex vapore eorum, quæ effundūtur aer oritur. Cum enim mutantur humida, ex his nascitur aer.

Aqua

Aqua enim diffunditur magis quando conuertitur in aerem, quoniam aer multo tenuior atque magis aridus eſt, quam aqua, quocirca plus ambitus petit & deſiderat maiorem locum aer, quam aqua. Odor itaque qua ratione à ſiccitate oritur, nimirum attingi poteſt, & in earum rerum genere collocari poteſt, quæ tactu percipiuntur, qua tamen in humidis conficitur quẽadmodum aſpectus & auditus, cum ſenſibus etiam con-

Cõte. 50. gruit, qui ſuas actiones per quoddam mediũ exercẽt.

Quonam igitur modo tractandę, atque collocandæ ſint rerum quę olent ſpecies, & quomodo non ſint, dictum ſatis

Com. 50. *nobis eſt.*

Adiecit (dictum nobis eſt) vel quia ſpecies ſunt ſolum rerum, quę olent, quas non ſimpliciter odores ſed per aliam naturam perſtare diximus. Res autem quæ olẽt, & ſuapte natura ſuaues ſunt & fœdę non diducuntur in ſpecies. Vel citius dicas velim non eſſe ſpecies ꝑ ſe odorũ, qui principio non habent quicquã ſuapte natura iucundi aut fœdi, quod ſanè quidam arbitrabantur, ſed ſpecis eorum aſſignatę eſſe videntur, qui cum ſolum homini accommodatur, tum etiam ſuapte ſunt natura ſuaues, & permoleſti: Suauitas porrò atque moleſtia in his collocantur, & dijudicantur ſecundum earum rerum naturam quę olent, & odores ſuaues, & fœdi inter ſe ſpecie differunt. Verum quoties idem odor erit modo ſuauis, modo verò permoleſtus, non erunt eæ odoris eiuſdem affectionis diuerſæ ſpecies quod fieri nequit, vt idem à ſe ſpecie diſcrepet. Qui itaq; odores natura diſtincti erũt ſuaues & odioſi ij nimirũ ſpecie diſſidebunt. Quare ſi quis mallet communes cæteris animantibus intelligi, qui ab his ſaporibus prodeũt quibus aluntur animalia quam eorum ſpecies nunc diſci, qui homini ſolum tribuuntur neceſſe eſt, vt ſpecies

Cõtex. 51 odorum per ſe (quemadmodum nonnulli) neget.

Cæterum quæ de odoribus quidam Pythagorei tractauerunt, nõ videntur quidem conſentanea, quippe qui aſſerunt animantia quædam odoribus ali. Primũ enim cuique patet cibum è multis coagmentatum eſſe oportere. Quæ enim aluntur minime ſimplicia exiſtunt. Quocirca ciborum excrementa vel in his inherent quæ comedunt, vel extrinſecus ſunt quemadmodum in plãtis eſt animaduertere. Deinde neque aqua ſolitaria nullique commixta aliquid alere poteſt. Quod enim conſtituendum eſt corporatum eſſe oportet. Quod ſi aqua ſola ſimplexque corporata eſſe non poteſt conſentaneum eſt vt multo minus aer cor-

Com. 51. *poratus fiat.*

Eandem opinionem, quam nunc quorundã Pythagoreorum fuiſſe ſignificat nonnulli medici ſectabantur qui his rebus quæ olent, & qua ratione olent ali viuentia exiſtimarunt. Quod verò abſonum cuique videri hoc debeat, odore ſcilicet nutricari animantia ex eo declarat, quod paſtum cibumq́ue oportet eſſe multis concretum, quandoquidem quę aluntur eiuſmodi ſint. Neque enim corpus ſimplex, neque ſimpliciter exiſtens, quemadmodum in commentarijs de anima ſcriptum relinquit, vim alendi quidpiam habet. Ac plãtæ neque aqua ſolitaria nutriuntur. Sed ne cibus videatur ſimplex excrementorum argumento comprobat, quippe quæ omnia, vel ſicca, vel humida ſunt. Animãtia vero excrementa digerẽdo intus in aluo primũ cõgerunt, deinde deijcunt. contra inquit, in plantis extra excrementa alliciuntur, in quibus ſane erit excrementum, vt gummi à plantis defluentes, vel quædam corpuſcula, quæ prope radices terrena, aut cinis inſtar inueniri ſolent. Quinetiam à folijs extrinſecus, quædam velut excrementa deijci videntur, immo harum cortex eſt quoddam genus excrementi. Fruges autem vel fructus extrinſecus concoquuntur, & non quemadmodum cibus intus in ſtomacho animalium coquitur & digeritur. Adde vbi maturati fructus fuerint extra videtur excremẽta, qđ ſi cibus ẽ corpus & aer ꝑ quẽ odor ad nares peruenit, & traijcitur eſt ſimplex, itaque is aer aĩalia alere nõ poterit, quẽ aſpirant atq; hauriunt dum olfaciunt. Adhibet quoq; aquã ea fortaſſe de cã, quia videtur quædam alere viuentia, ſed hæc me quidem hercule ſola, nullique rei admixta nihil alere valet. Eſca enim ſi aliquid nutricari debet conſiſtat & ſolida ſit oportet cuiuſmodi aqua ſola ac ſolitaria eſſe nõ poteſt. Quod enim conſtituendum eſt oportet ſolidum corporatumq́ue eſſe, ſi per concoctionem mutari debeat, & perfici. quamobrem agros ſtercorant agricolæ, & aquam infundunt his locis in quibus arbores, & ſtirpes inſerunt. Neque enim quæ naſcuntur vt truncus, radices, cortex, fructus, ſimplicia ſunt. Quare ſi aqua ſola nequit aliquid alere, multo etiam minus aer id efficere poterit, quoniam longe tenuior eſt, & minus corporatus, per quem tamen multa quæ olẽt ab odoratu percipiuntur. Argumentum eſt à maiore & minore.

Præterea eſt aluus in animalibus certus, qui cibi potionisque quoddam receptaculum eſt, è quo cibus in reliquum corpus dilabitur, ſed inſtrumentũ res odorandi quæ olent in capite collocatur, & odor ad illum locum vſque pertingit, a quo vna cum ſpiritu, quem hauriunt animalia excipitur. Quapropter odor per eum locum qui excipit extrinſecus ſpiritũ tranſit. itaque res quæ olent qua ẽt ratione olent nihil conferre ad id quo aluntur animalia perſpicuum eſt. Quod verò valetudini odor magno ſit adiumento cum ſenſu teſte, tum etiam ex antedictis clarũ eſt. Quare non ſecus quæ olent valetudini proſunt, atq; ſapor rei inhęrens quę vim alendi quidpiã habet his quæ nutricantur adiumentum afferre ſolet. Finem itaque dicẽdi de ſingulis ſenſuum inſtrumentis fecimus. Reliquum in dubium vocari poteſt ſi corpora quæque ſingula in infinitum diuiduntur num affectiones eorum quæ a ſenſu percipi queũt ſicuti color, ſapor, odor, ſtrepitus, graue, frigue calor, leue, durum molle non ita diuidi poſſint. Harum enim quæuis ſenſum ciet. Dici propterea omnia ſolẽt, quia mutandi ſenſum facultatem habẽt. quamobrẽ ſi vis in infinitũ ſecatur, neceſſe eſt vt ſenſus itidẽ partiatur, Adde omnem magnitudinem à ſenſu percipi poſſe. Album enim niſi quantum eſſet, haud ſanè cerneretur.

Cõtex. 52

Plato dicit ad vmbilicũ vſque a capite.

Hoc ſanè augmento quędam animantia odore alĩ non poſſe demonſtrat, quoniam locus eſt definitus in corpore in quem dilabitur cibus, qui ſanè aluus eſt, & receptaculum dicitur potionis & cibi, è quo permeat concoctus atque confectus cibus ad reliqua corporis membra, quibus impertitur, qui (vt dixi) concoctus in ſanguinem purum mutatur, ac conuertitur, & hic primum ad cor perlabitur., à corde deinde in reliquas corporis partes diſtribuitur. Quòd ſi aluus venterque eſculentorum ac poculentorum receptaculum eſt, quoniam ab ipſo dilabuntur, diffunduntur in omnia membra, quæ aluntur, nec ſpiritus, nec odor ab aluo concipitur, itaque odor non erit in eorum numerum reponendus quibus alimur. Quod verò odor nec ventrem aluumq;, neque eum omnino locum pertingat, qui cibum excipit, vel ex hoc maximè probauit, quoniam inſtrumentum odorandi propter caput ſedẽ habet, nec odorandi ſenſus perficitur, niſi ſpiritus, & vapor ei operam ſuam nauent, ſed ſpiritus quem hauriũt animalia minime ab aluo ventreque recipitur, nec omnino in eum influit locum ad quem cibus confluit, ſed ad pulmones conuolat. Quamobrem ſiue ad cerebrũ quo ſane in loco olfaciendi inſtrumentum collocant, ſiue ad pulmones, quo ſpiritus extrinſecus adductus ꝑuenit odor permeauerit, profecto non erit aliquid quo alãtur animalia. Neq; eo adduci argumẽto aliquis debet, vt odore animalia nutriãtur, propterea quod quędam

dam animantia odorib. riuiuiſcere quaſi videatur, quæ defectionne animi, aut ſyncope opprimebantur. Non enim cibus ſolum, neque odor tantum affert ægræ naturæ beneficium, quinetiã aqua aſperſa iacentes homines, atque ictus elanguentes vires reuocant, quibus tamen non aluntur animalia. Cęterum inquit, cuiq; perſpicuum eſſe rebus olentibus, qua ratione olent nullum animal ali poſſe. Attende quoniam adiecit (qua etiam ratione olent) quoniam etſi ipſa rerum olentium natura non alimur, tamen aduentitia & ex accidente odores alunt, propterea quod cibo accidit, (quemadmodũ diximus) vt bene oleat. Quod præterea hominibus odores proſint, vt valetudinem amiſſam recuperent, ſeu ſu id pſpicuum eſſe ait. qui enim his odoribus vtuntur rectius ſe habent, & perraro in quoſdam morbos incidunt, quod maximè quidẽ, vel eo tempore hisque locis liquet, quæ peſtifera ſunt. Deinde inquit idem ex his quæ antea diſſeruit clarum eſſe, quod ſuauis rerum olentium odor cum calore cõcoquitur & digeritur, & caput per nares petit, qui ſane capitis locus ob cerebri gelu hoc ſubſidium vehementer deſiderat. Odorem quoq; ita ſe habere ad valetudinem, vel recuperãdam vel conſeruandam tradit, atque ſapor ad ea cõfert, quæ nutriuntur, quia perficit nauatque operam adhibitus, vt quæ nutriuntur cum non ita ſuauia videantur, vt deberent auidius, vel libentius ſumãtur. Rurſum enim odor tuendę ſaluti & valetudini prodeſt, quoniam eũ replet temperatque capitis locum, qui maximè alget in corpore. Reliquũ in dubium vocandum eſſe dicit, ſi omne corpus in infinitum diuidi queat, eius ne affectiones quæ à ſenſu percipi queant, & inſtrumenta atque res, quæ ſingulæ ſuapte ſunt naturæ ſenſibus ſubditæ in infinitum ſecantur. Sed de inſtrumento tactus mentionem non fecit, quod cõnexum eſt cum illo ꝙ aſpectu tribuitur, vel quia de hoc libro de anima copioſe diſputatũ eſt, quocirca hoc libro prætermiſſum eſſe de inſtrumento tactus opinor. Reliquum dubitat mouetque quandam quæſtionem quæ de rebus à ſenſu perceptis ſuſcipienda eſt. Quærit enim affectiones quæ à ſenſibus capiuntur, ita ne diuidantur in infinitũ quemadmodum corpora, quę ſanè affectiones ſunt velut colores, ſapores, odores, ſtrepitus, grauia, leuia, calor, frigus, humidum ſiccum, molle, durum, cæteraque ſingula ſimplicia contraria. Hæc omnia ſunt corporũ affectiones, quod illis accidunt. Quæſtio itaque hoc loco, pertractanda hæc eſt, hæ affectiones ſimul, ne cum corporibus in infinitũ diuidi poſſint, an ſectio terminetur earum, & corpora ſecentur in nonnulla quę has affectiones deſerant, quæ à ſenſu percipi dicuntur. Dubitat porro hac de cauſa, quòd ſi vtrunque detur, & concedatur abſurdum ſequitur. Si enim affectiones vnà cum corporibus diuiduntur, quæque affectio ſenſum mutare atque efficere poteſt. Etenim vnaquæque eſt, velut album, atrum, calor, frigus, dulce, amarum, vel id genus. Sed quod à ſenſu comprehendi poteſt, eundẽ mutare valet, id eſt quia otioſum ſenſum ab inertia & otio ad actionem traducere poteſt. Non enim quoduis quod a ſenſu percipi poteſt, iã perceptum eſt, neque propterea ſenſus actionẽ ſuã exercet, qa quod ſen ſu tandem capitur poteſt percipi, verum ſimul exiſtũt id quod a ſenſu percipi poteſt, & id quod ſanè facultatem cıendı ſenſum habet, ſin vero, non eſſet, id quod ſenſu capi valet, porrò ſi affectiones vnà diuiſis corporibus in infinitum ſcinderetur, nimitũ poteſtas, qua ſenſum afficiunt in infinitum ſecabitur, quin etiam ſenſus earum capax actu abibit per ſectionem in infin.tũ, quia ſingulæ ſunt magnitudines id eſt corpora, quæ à ſenſibus ſentiri queant, quòd ſi omne corpus ſenſu pcipi, & omnis magnitudo videri, ac ſentiri poteſt, quoniam quodcunque videri poteſt, id; nimirum à ſenſu etiam percipi poteſt. Albũ enim aliter videri non poſſet niſi quantum eſſet quare color eſt in quantulacunque magnitudine, & hac ratione aſpici poteſt, quocirca etiam moles eius ab aſpectu cerni & ſentiri poterit, vnde nullum erit corpus præ ſua paruitate incognitũ, verum mihi videtur quaſdã extare magnitudines corporiſque partes, quæ ſenſum atque obtutum oculorũ fugere exiſtimantur, quòd ſi hoc fateamur, non quãlibet corporis partem affectionem à ſenſu percipiendã habere dicemus. Sed defendatur quamlibet partem habere totam affectionem, cuius ſanè partis moles ſenſu queat percipi. Petitio namq; Ariſtotelis erit prima quod ſi affectiones corporis in infinitum ſecentur, & quæuis corporis pars itidem diuidatur, nimirum omnis moles à ſenſu & percipi & videri poterit, deinceps autem ſeſe conuertit ad contrariam petitionem ſubiectionemque, in qua hoc profert affectiones vna minime ſecari cum corporibus in infinitum & inquit.

Quod aliter eſſe ac diximus quoddam extaret corpus omnino coloris immo ponderis, ac cæterarum huius generis affectionum expers, quare id ſanè ipſum omnino à ſenſu percipi non poſſet. Nam hæc à ſenſu capi queunt. itaq; quod poteſt ſenſu percipi, concretum erit ex his, quæ ſentiri nequeunt. Cõte. 53.

Hæc dicere voluit. Quod ſi affectiones haud ſimul cum corporibus nõ ſecarentur, in infinitum nullæ profecto eſſent diuiſi corporis partes quæ nullum haberent colorem: quid dico colorem, immo nec pondus, nec aliã quamuis ſenſui accommodatam. Et ſi hoc dabitur quædã alia erit magnitudo, quæ cũ ex his coagmentata erit, quæ ſenſu comprehendi non poterũt, tũ etiam nullam habebit affectionem, quibus ſanè dictis hæc ſubiungit. Com. 53.

At verò neceſſe eſt propterea quod non ex mathematicis conſtant. Cõte. 54.

Neceſſe eſt, vt naturale corpus, & ſenſu comprehenſibile, in in partes naturales diuidatur. Nam omne corpus naturale, ex his conſtat, & coagmentatur, & ſi nõ ex his conſtituetur, neque in hæc ipſa diuidetur, nimirum corpora naturalia è mathematicis cõſtabunt. Nã mathematicę res non afficiuntur, ſed corpora naturalia, & ſenſu percepta, ex his conſtitui nequeunt. Appello autem corpora mathematica, quæ reuera non ſubſiſtunt, ſed animi notione comprehenduntur ab affectionibus abſtracta. Cum. 54.

Præterea quonam hæc diſcernere atque cognoſcere vi debimus? An mente? Sed me quidem hercule hoc fieri ne quit, cum neq; ea intelligi queant, neq; mens ipſa exteriora niſi ſenſus ope comprehendat. Cõte. 55.

Has inquit affectiones, & corpora quę ſenſu percipi nequeunt ſi extiterint eiuſmodi quædam in quæ diuidantur corpora, ſenſu percipiẽda quonam diceremus, & percipiemus? Omnia enim quæ comprehendimus aut intelligi, aut ſenſu percipi queunt. Etenim duo nobis inſtrumenta ad res percipiendas, natura dedit, alterum quo res intelligeremus, alterum verò quo ſentiremus, ac ſuam cuique differentiam aſcriberemus, ſed corporum huiuſmodi partes, nec affici, nec intelligi, nec ſentiri queunt. Non enim mente comprehendi poſſunt, quoniã per ſe ſuapteq; natura cognoſci nequeunt, quandoquidem mens humana non queat res, que ſunt ĩ ſubiecto, abſtractas ſimpliceſq; à ſubiecto diſtractas ſine ſubſidio ſenſus intelligere, quinimmo neque ſubſtantias indiuiduas Nam harum ſpecies, & communia non ſubſiſtunt ab illis abiuncta, atque auulſa, & per ſe exiſtentia. Nam mens ipſa comprehendendo quandam communionem facit, quare comprehenduntur mente vt ſubſiſtunt, & non extra quaſi quędam omnino ſeparata. Quod ſi humorẽ nullũ mẽs percipit ſine ſenſu, & ſentiri nequeunt, itaque nec mens, nec ſenſus hæc diſcerneret. Etenim mens ope ſenſus percipit ea, quæ Com. 55.

ea, quæ in ſenſum cadunt, quoniam vbi a ſenſu primum fuerint percepta, mens deinde hæc ipſa contemplari aggreditur, & eorum differentiam afferat, & definitionem cuiuſcunq; concipit, & tradit. Item hæc ipſa quonā modo ſe habeat ad cõmunia rimatur, quia omnium definitionem, et accidentia, & formas comprehendit.

Cõtex. 56 *Ac ſi hæc ſe habent quemadmodum qui indiuiduas introducũt magnitudines teſtimonium afferunt eo ſane modo non præciſa erit dubitatio.*

Com. 56. Hoc etiam abſurdum eorum opinioni adiungit, qui corpora ſenſu percepta, in ea diuidũt, quæ ſunt affectionis expertia, quoniam cum illis conſentiũt, qui magnitudines, indiuiduas ſubijciunt, & tuentur. Qua enim illi ratione vtuntur, neceſſe etiam eſt, vt hanc ipſam illi ſibi accommodant, & diluant controuerſiam, quæ contra illos afferri ſolet. Qui enim indiuiduas magnitudines defendũt omnia corpora eſſe affectionis expertia aſſerunt, verum affici, & qualitate quadam informari volunt, ſimul ac quadam mutua coagmentatione, & figura inter ſe concreta, & admixta fuerint. Hoc autem vrgentur ij quoque dicere, quandoquidem in quadam partium quæ ſint affectionum expertes oriri, & corporibus accidere dicant oportet, quibus dictis annectit.

Cõtex. 57 *Verum fieri nequeunt, de quibus in commentarijs de motu nobis diſputatum eſt.*

Com. 57. Hæc verba, Verbum hæc fieri nequeunt ad eos referuntur qui hæc coguntur dicere, li dubitationes diſſoluere cupiunt. Itidem enim in ea, quæ fieri non poſſunt hi ſanè incurrunt vt ij, qui indiuiduas magnitudines aſtruunt. Verum libro de motu iampridem oſtenſum fuiſſe hæc fieri non poſſe dicit. Libros nũc vocat de mutu, vltima volumina quæ vulgo appellantur de naturali auditione, in quibus nullam indiuiduam magnitudinem eſſe oſtenderat.

Adraſtus 6 7. 8. lib. de phyſico auditu.

Cõtex. 58 *Cæterum ſublatis dubitationibus vna quoque perſpicuum erit cur doloris, ſaporis, ſonorum, & cæterorum, quæ à ſenſu percipi poſſunt ſpecies certo & definito numero ſint conſtituta. Quæ enim extrema habent horum finita etiam illa, quæ interiacent eſſe oportet. Nam quodcunq; ſenſu comprehendi poteſt, contrarium habet, vt albo nigrũ, & dulci amarum, atq; in alijs ſenſuũ obiectis extrema ſunt contraria.*

Com. 58. Dubitationis, quæ ſanè erat, ea videtur diſſolutio. Quòd ſi affectiones ſimul diuiduntur cum corporib. quæ diuiduntur in infinitum, abſurdum eſſe hoc, quoniam omne corpus omnemq; magnitudinem à ſenſu percipi, aut ſi nõ diuiduntur, corpora conſtabunt ex infinitis expertibus affectionis. Inquit porrò diluemus dubitationes quib. ſublatis apparebit cur finitæ ſint earum rerum ſpecies, quę a quouis ſenſu percipiuntur velut ſpecies colorum, ſaporum ſtrepitus, ſoni, odorum, & earum rerum, quæ tanguntur. Hoc enim ſupra accepit tanquam inueſtigandum eſſe, nunc verò tollendæ controuerſiæ & hãc oſtendendi normam velut loco accommodatam affert. Si enim affectionum ſectio in infinitum fit, quærendum eſt num per ſe ſpecies ipſarum infinitæ ſint, & per ſe affectiones diuidi poſsint in infinitum, an minime neue ſuæ ſpecies infinitæ, nec ſectio earum in infinitum, & omnino in magnitudines minime per ſe ſint diuiduæ, ſed aduentitio modo, quia ſi diuiduntur ea in quibus collocantur affectiones in infinitum, vna etiam diuidantur affectiones oportet. Et primum cauſam explicat cur certas habere ſpecies rerum, quæ à ſenſu percipiãtur oporteat, deinde propoſitæ dubitationi tollendæ & rationi annectit, quomodo vna alteram iuuet. Ratio hęc eſt, Quę habent extrema id eſt quorum extrema definita certaq; habẽtur, neceſſe etiã eſt, vt quæ interiacent media finita certaque exiſtant, ſed extrema in omni genere contraria dici debent, ſi quidem plurimũ inter ſe diſtent, & quorum vnum plurimum ab altero abeſt, illud certum eſt terminatum, quare quæ ſunt contraria horum extrema finita ſunt. Sed affectiones quæ in ſenſum cadunt contrariæ ſunt, quod ſanè demonſtrat per ſingula, quę à ſenſu percipi poſſunt. itaq; omnium quæ in ſenſum cadere poſſunt ſpecies finitæ ſunt. Si enim quorum extrema terminata ſunt, horum etiam media finita dicũtur: itaq; ea definita exiſtunt, quæ contraria eſſe videntur: & cum in affectionibus quarũ ſenſus eſt particeps repugnantia collocetur, quæ igitur à ſenſu percipi valent, finita ſunt. Aduerte cum dixit. Quæ enim extrema habent horum finita etiam illa quæ interiacent eſſe oporter, in præſentia tanquam clarum & conceſſum petit, Hoc ſanè primo libro de poſteriore reſolutione demonſtrauit, quia ſi quæ interiacent nõ eſſent finita, nimirum neq; extrema finita vere dicerentur, cum nobis negatum eſſet ad finem limitemq; peruenire, quia media ſunt innumerabilia & infinita. alia quoque formula rationis hoc modo adduci poteſt, in qua oſtenderetur quæ in ſenſu cadunt non poſſe diuidi in ſpecies infinitas. ſi enim omnis ſpecies de indiuiduis innumerabilibus enunciatur, itaq; infinities infinita erũt ꝙ ſi dixeris infinita de ĩfinitis indiuiduis dici, ſaltẽ plura infinita ſimul erunt, quod quidem fieri non poteſt, quandoquidem alia infinita connexa alijs infinitis mutuo ſeſe terminarent. pręterea vnum infinitum altero vel maius vel minus eſſet.

Continuum itaq; cum in infinita, quæ nequaquã æqualia relinquarum tum etiam inæqualia, quæ certa definita que ſint, diuiditur. Quicquid ergo ĩ ſpecies finitas ſecatur ſuapte natura dici continuum nequit. cum igitur affectiones quædam quaſi ſpecies dicendæ ſemperq; continuum ſint, ea ſumenda eſt explicatio, quà aliquid actu à poteſtate differt. Quocirca milij pars decies milleſima videri nõ poteſt, quod aſpectus eam præterit. Itidem dieſis ſonus in cantilenis ſenſum auditus fugit, & ſi vniuerſum cãtum cõtinuũ aures exaudiũt. Etenim inter extrema interuallũ ſenſum præterit. Hoc etiã modo minima cætera quæ à ſenſibus percipi poſſunt, pro ſua paruitate nõ comprehenduntur. Nam tum poteſtate videri poſſunt, ſed actu vbi primum fuerit ſeparata. Nam pedalis linea poteſtate eſt in ea quæ duob. cõſtat pedibus. Sed vbi diuiſa fuerit hęc, illa iam actu ſubſiſtet. Verum vbi diſtracti fuerint hi ſanè exceſſus conſentaneum eſt, vt non ſecus in ea diſſoluantur, quæ continent, quam exiguus ſapor in mare infuſus. Reliquũ quia exceſſus non ſuapte natura à ſenſu percipi poteſt, neque etiam ſi ſeparetur. Nam exceſſus poteſtate percipitur à ſenſu qui acutior perfectior ve ſit. Quinetiã eiuſmodi à ſenſu compr. ſenſibile cum ſeparatum fuerit, actu non ſentitur attamen ſentiri poteſt. Nam tũ poteſtate exiſtit eiuſmodi, ſed actu vbi reliquas partes acceſſerit ſectio. Cõtex. 59

Proximè dixit ex his, quæ nunc dicta ſunt, tolli controuerſiam & dubitationem vnaq; finitas eſſe rerum, quæ ſenſibus ſubijciuntur ſpecies demõſtrauit. Diluet etenim dubiã viã rationemq;, affectiones vna ſi diuidantur continua in infinitum itidem ſecẽtur, atq; quonam modo omnes rerum à ſenſu comprehẽſibilium partes ab eodem percipi ac non percipi valeant. Species inquit rerum ſub ſenſu cadentium, non ſunt innumerabiles (vt demonſtrauimus) etiam ſi diuiderentur in infinitum: quæ enim contraria habent, media quoque horũ certa & terminata ſint neceſſe eſt, quocirca ſpecies rerum à ſenſu comprehenſibilium finitæ ſunt. Neque hoc modo ſuapte natura ſecantur, ſed per alienam, quandoquidem affectiones diuidantur diuiſis rebus in quibus collocantur. Abſurdum enim eſſet ea Com. 59.

quæ

quæ in rebus à sensu percipiendis ponuntur sentiri nõ posse, quod sane cõtingeret, si corpora in infinitum secarentur. Nam hęc verba quæ sensu percipiuntur vnà cum his diuisis diuidi patefaciunt, quonam modo continui sectio ab ea discreper, quæ rei minime continuæ cõgruit, quemadmodum sunt corporum affectiones. Continua porrò ait secari in ipsa finita si non diuiderẽtur inæqualia. Eorum autem sectio in infinitũ est, quemadmodum libro de naturali auditione probauit, vbi etiam videtur insinuasse vtroq; modo cum in æqualia tum in ipsa inęqualia continuũ diuidi posse. Quę verò non continua sunt velut sensu cõprehensibilia, & omnino affectiones per se diuidũtur ĩ species finitas. Quæ enim continua sunt non species, sed in magnitudines secantur. Atqui horum species finitæ sunt, quia sunt cõtraria. Clarũ tandem est cõtinuum diuisum in æqualia secari in ea, q̃ finita certaq; sunt. Omne. n. cõtinuũ finitum est, quoniam iampridem reiecimus infinitum actu. Et cum omne finitum à sua quauis parte metiri queat. Etenim si dimetiẽs id quod est extremo loco relictum huic ipso non adæquabitur, sed exceder, nihilominus idem dimensum est. Quod si mensurauit, patet certe vt quota quęq; continui pars finita sit, atque vt tantum continuum sit quãtum repetitis vicibus dimetiens erat, omne itaque continuum diuiditur, in æqualia finita, verum sectio continui per inæquales portiones semper fit. Si ergo qui scindit tantum abstulerit à diuisa pte quãtũ detraxit ab eo, à quo primũ ademit, & si secundum quam proportionem (vt iam dictum est) totum diuiditur: secundum eandẽ ẽt pars diuideretur, & huius adhuc diuisæ partis itidem pars secaretur cui dubium erit hoc modo sectionem in infinitũ proficisci. Hæc itaque sectio est continui, sed non continui illius, in quo genere collocantur qualitates à sensu comprehensibiles, quoniam si diuiderentur per se, in species finitas diuiderentur (vt demonstrauimus.) Dubitatio inquã erat, qđ si non secus affectiones ipsorũ, q̃ corpora diuiderentur, & reliqua iam dicta sunt. Hæc porrò demonstrans ait affectionum diuisionem per se perfici in ea species, quæ finitæ sunt. Affectiones enim corporum in numero formarum reponuntur, quæ à sensibus percipi queant, nec dici queunt magnitudines, nec suapte natura continua iccirco in ea, quæ certa sunt & terminata diuiduntur. Verum quia sunt patibiles qualitates continuorum, & in illis inhærent, & vna cum illis subsistunt vna his diuisis non per suã, sed illorum naturam diuiduntur. vnde perspicuum est continuis diuisis has quoque secari. Cum ergo continuum potestate in infinitum secetur, Itidem potestate eorum affectiones in infinitum diuidentur. Inquit porrò oportere accommodare eam distinctionem de actu & potestate continui, quæ à sensu percipiuntur. Nam alterum est id quod potestate à sensu percipi potest, & alterũ, q actu percipitur. Et quẽadmodum continui partes ĩ ipso vniuerso potestate existũt, ita partiũ affectiones. quę in sensum cadere possunt, potestate cõprehendi queunt à sensu. Nam milium suapte solitariaque natura à sensu percipi potest, cũ suapte natura subsistat, sed eius pars millesima potestate cõprehensibilis est à sensu, quia non existit, nisi in ipso milio cõtinuo. Aspectus quoque cernit eius partẽ dum totum miliũ aspicit, attamen illam nõ per se videt sed illam percipit velut existentem in ipso vniuerso. Itidem fit in ipso sono vbi diesis percipitur cum vniuersa cantilena cõtinuatur, cuius diesis son⁹ est pars. Hũc sanè sonũ per se solitariumq; auditus nõ percipit, sed potestate eundẽ exaudit, quia est pars cantus. Cum porrò dicit auditũ vniuersam cantilenam continuam exaudire addit interuallum diesim, quam partem cantus & intermedium extremi, id est vniuersi interualli cantilenę dicit quod quidem interuallum seu diesis vix percipitur & latet, si conferatur cum extremis sonis. Nam interuallum medium inter extremos sonos est pars vniuersæ cantilenæ, quæ exauditur & tum non per se actu videtur, quia non est solitarium, neque per se vt itaq; cõcludit partes rei quę cernitur, & quę auditur minimas latere sensum propterea quod nec actu percipi queunt nec sunt per se quando fuerint partes, sed potestate, itidem alijs rebus contingere tradit, quæ sunt sensibus ꝑcipienda. Nam exiguæ partes rerum quę à sensu capiũtur potestate à sensibus comprehenduntur, actu verò nequaquam. Quod verò principi nõ separatæ sint, neque per se exemplo declarat, quoniã pedalis linea actu non est in ea, quæ duobus constat pedibus, sed potestate, tum sanè actu fit pedalis quando seiuncta fuerit & solitaria, atq; auulsa à cõtinuatione poterit accipi. vbi ergo partes cõtinuę fecit, vt essent à sẽsu potestate & nõ actu cõprehensibiles, quęrit deinceps si omnes abstraherẽtur à cõtinuatione ꝑ se solitarieq; percipi possent quod si hoc quispiam negauerit, quomodo itaq; qualiber potestate in ipso vniuerso continuo collocatur? Et inquit quotã & quamuis partem diuisionis vbi quęlibet auulsa fuerit, non ita remanere, vt videatur millesima pars milij superesse. Item pars milij affectionem, quæ sanè erat ei dum esset milij pars interit & mutatur in continentem aerem, quo iterum mutato vicissim reciprocantur continuum, vt enim vinum quantum capit cyathus, si in mare infunderetur naturam suã, & vim amitteret, quin etiam in naturam maris conuerteretur, ita quota pars rei est, quæ in sensum cadit, minima à toto suo distracta atq; diuisa si diuideretur in cõtinentes resolueretur. Quare neq; hoc modo subsistet separata cum illico eius pars effecta sit id, in quod resoluitur, immo si etiam maneret nec interiret, vel in aliã naturam mutaretur neque hoc modo actu perciperetur à sensib. sed potestate. Omnes enim vniuersæ partes, quoad partes fuerint, percipi queunt, à sensu sed minime actu comprehenduntur. natura itaque partium hæc est. & quota pars ob exiguitatem sensum fugit, & cum ab vniuerso distracta fuerit, solũ potestate percipi potest, & hac ratione sentiri valet, quia antequam à suo abstraheretur vniuerso potestate à sensu comprehensibilis erat. Cur verò quæ ab alijs seiuncta ob suã exiguitatem sensum fugiat, hæc me quidem hercule est causa, quoniam sensus excessus per sese non potest à sensu concipi, id est non quota quæque pars rei quæ sensu percipi potest sola ac separata ab eodem percipi valet. Dicit enim excessum sensus perinde ac dixisset pro ea parte quæ actu sentiretur. Excessus inquam rei quæ à sensu comprehẽditur eius est pars, qua dempta præcisaue quod restat etiam actu sentire potest, sed potestate. erit etiam ad hunc sanè modum quãdo est in vniuerso collocata à sensu comprehẽsibilis & actu nequaquam. Neque enim quia quando pars vniuersi non sentitur actu, nihil sentitur actu, quinimo vniuersum actu percipitur & quota quæque pars potestate comprehenditur vel hoc dicere maluit. Vt enim vis sentiendi perfectior anteit quadam potestate eam quæ imperfectior est, propterea quod alio mõ non potest, q̃ sentiendi facultas perfectior imꝑfectiorẽ excedere, veruntamen eius excessus non capitur sensu Cum verò ait, à sensu percipi potest, id voluit insinuare, cui minus est res sentire. Nõ enim si quis tantã vim sentiendi haberet, quanta est illa accuratiore sensu vel perfectiore qua scilicet sensus perfectior excedit hebetiorem, is diceretur sentire, & posse intendere sensum, quia non erat ille excessus nisi potestate & non actu separatus. Itidem fit in his quæ à sensibus percipiũtur rebus, quædam eorum partes ita se habent, vt dum partes existunt vniuersi potestate comprehendãtur & minime actu, quasi dum vniuersi partes sunt,

ad id conferant vt vniuersum a sensu possit comprehendi, attamen cum separatæ fuerint, non erunt a sensibus comprehensibiles. Nam excessum sensus eius dicit, qui perfectior est eo, qui minus acute sentit. Nã sensus acutior aliquid plus pcipit, sed nõ ita vt excessum solitarium percipiat, quia id quo excedit & pręstat nõ vider oculus, sed acutius per illud cernit. Quod ergo voluit Arist. quam sanè eleganter patefecit, cum vtatur sensus excessu, cumq; hoc modo vnum cũ altero conferar, vt enim acutioris sensus excessus confert, vt aliquid pcipiat, qui sanè excessus abstractus a sensu nõ percipitur, ita neq; quota pars rei a sensu percipiendæ separata poterit a sensu percipi, sed itidem percipitur separata vt percipiebatur quando erat sui vniuersi pars quod tunc potestate comprehensibilis erat. Hic enim excessus acutioris sensus suapte natura acceptus potestate sensus est quoniam addita ope alterius facultatis percipitur. Verum ne censeas ob id omnino non posse a sensu percipi, atq; impatibilem esse, quia separatus nõ potest percipi, sed erit solitarius & res quadam per se potestate a sensu comprehensibilis. Nam affectiones eas babet qua in sensum cadere possunt, verũ ob paruitatem nequeunt sensum ferire, acciere actu verò a sensu comprehensibilis erit, quãdo ad reliquas partes accedet, Cum enim congregãtur ea quæ suapte natura separata potentia solum a sensu percipi poterãt quia ob tenuitatem sensum actu mouere non possunt tum ex his oritur tãtum quantum mehercule sensum actu mouere potest. Non enim solum qualitate, verum etiam magnitudine potentia motus, qui fit in re sensu comprehensibili actu percipitur ab eodem, verum non ita vt vterq; ipsorum sit suapte natura a sensu comprehẽsibilis, sed hoc modo quonism cum hęc quæ possunt comprehendi a sensu vbi primum congeruntur, in vnum conferunt vniuerso vt percipiatur, sed hæc ipsa non sunt ita comprehensibilia actu vt aliquando fieri per se possunt, sed tanquam partes. Erant enim partes rei quæ a sensu per se comprehendebatur & posterior potentia erit qua partes sunt vniuersæ, & a sensu comprehensibiles sunt actus ea potestate quã habent, vt sentiri queant, cum separatæ fuerint. Tum enim sensus eas comprehendit, & aliquando sentit, & si non percipit eas tanquam actu separatas, quæ cum demonstrauit bæc subiungit.

Cõtex. 60 *Quasdam itaq; magnitudines ac affectiones esse, qua et cur lateant, & quonãmodo sentiri ac nõ sentiri queãt diximus, cum porrò tot in eadem magnitudine inerint partes vt actu ẽt, & nõ solũ vniuerso collocatæ, sed auulsa ab eodem sentiri possint bas numero finitas esse necesse est, Similiter, colores, sapores, sonos finitos esse oportet.*

Com. 60. Adiecit magnitudini & affectiones quoniam non eo magnitudines sensum latent quia sunr affectionis expertes. Nam hoc modo æque affectiones ac magnitudines obscuræ essent, atque laterent, Dixit autem (& cur) quia non propterea illę magnitudines effugiunt sensum quod sunt impatibiles, & sine aliqua differentia sensui clara. Nam boc modo dubitatio esset an ea quæ sentiuntur, & patiuntur constent, ex his quæ nec sensui subiecta nec patibilia sunt, quod quidẽ videbatur his, quia atomos rerum omnium principia statuerunt, sed quia affectionem babent quandam licet longe minorem, quam habeat idem, quod a cæteris auulsum mutare sensum possit, quocirca vbi diuiduntur ea, quæ sensui subiecta sunt, non omnia in infinitum diuiduntur, neq; partes quædam earum rerũ quæ sentiuntur, & sensus & affectionis expertes sunt. Quando igitur hę per se sensui obscuræ sunt, si ita fuerint coniunctæ, vt sensum ciere queant, & non solum id quod constat ex eis fuerit potestate sensu comprehensibile, sed actu sentitur, tum eædem nimirum partes videntur aliquid vniuerso conferre, vt etiam vna cum vniuerso sentiri possint. Verũ non ita in suo vniuerso collocatæ potestate sentiri possint, vt vbi primum fuerint separatæ ab illo, possint, per se sentiri, sed quando continui partes tales ac tantæ fuerint, vt non solum conferre vniuerso videantur, quia in eodẽ collocatæ sentiri possunt. Sed cum fuerint tales, vt seorsum auulsæ à toto actu sentiri queãt, tum eas sanè partes in magnitudine numero finitas esse oportebit. Nõ enim finita magnitudo secari potest, in tot immensas infinitasq; magnitudines, neque sectio in eiusmodi partes, est ei sectioni persimilis, qua aliquid diuiditur in partes æquales, quoniam si quis hoc modo aliquid secaret non semper in minima diuideret. Nam duplex est id quod potest sentiri. alterum quidem sentiri potest, quia in vniuerso est, & ab eo auelli nondum põt, sed vbi fuerit separatũ sentiri põt, alterum vero, qđ confert vniuerso, vt sentiatur, sed separatũ ab illo p se solitariumq; sentiri non potest. Itaq; ea quæ ita in vniuerso collocantur, in quo possunt sentiri, vt ab eodẽ vniuerso separata sentiri queant, finita sunt, quemadmodum etiam sectio per æqualia terminatur, quãdoquidem, cõtinuum nequeat actu diuidi in ea, quæ sint infinita sensui subiecta. quemadmodum neque diuidi potest, in ipsa finita æqualia. quemadmodum igitur infinitæ partes atq; innumerabiles in continuo, potestate sunt, & non actu, ita etiam, quæ sentiri possunt, diuidẽda potestate sentiuntur, sed actu & solitaria nõ sentiuntur. Itẽ quemadmodũ tot talesq; continui partes sunt finitæ numero, ita etiam sunt finitæ affectiones, & quæ sentiuntur earum, & quæ diuiduntur, diuisis partibus in quib. collocabantur numero certo sunt constitutę. Etenim quemadmodum non erat affectionum sectio in species cum diuiderentur, vna cum magnitudinib. vel infinita vel in ipsa infinita, ita tales affectiones nõ suapte natura finitę vel infinitæ sunt. Ostẽdit ergo nõ quãcunq; continui sensum feriẽtis actu mouere sensum neq; cõstitui posse magnitudines quę sensibus percipiantur ex his, quæ imparibilia sunt, & sensus & affectionis expertia, defenditque omnem partem rei quæ sensu comprehenditur suapte natura sensibus subiectam esse. Verum nolim existimes quòd si conceditur quandam magnitudinem esse solitariam quæ non sentitur, iccirco maximam quandam molẽ esse, quæ sensum non feriat, & quandam minimam a sensu comprehensibilem. Nam quia magnitudo diuiditur in infinitum, vt demonstrauimus, & magnitudinis est magnitudo, si ergo aliquid demeret ex illa data minima magnitudine, & quod restabit sanè erit, nullo sensui cõprehensibilis, vbi ergo remanserit queq; pars minimi separata, & vtriq; parti addidero aliquid, & erit ita aliquid connexũ; quæritur an istud, adhuc nullo sensu percipitur, ꝙ si idipsum fateberis, itaq; qđ remãsit post diuisionem non erat maximum sensu incomprehẽsibile. ꝙ si addito quodam cuiq; parti iam diuisi minimi nascitur, nihilo plus quã ipsum minimũ, itaq; illud, cui aliquid addebatur, non erat integrum minimũ, quod sensu caperetur, quoniam parte sublata qđ additur efficit id totum connexũ sit sensu comptehẽsibile. quare non erat minimum sensu comprehensibile id, à quo sublata pars fuit. Quod quidẽ ostenditur in quacunq; re a qua dempta erit pars aliqua, quare non est aliquid quod sensum omnino fugiat. Si itẽ omnis magnitudo potestate a sensu percipi potest, & nõ suapte natura incomprehensibilis est sensu, sed naturæ nostræ, & sensus imbecillitate non comprehenditur, non erit aliqua magnitudo, quę suapte natura comprehendi non possit. Quare persuasum est nullam esse maximam molem, quæ sensu non còmprehendatur, neque minimam suapte natura magnitudinem, vt Diodorus putabit ostendisse,

SECTIO QVINTA
Interprete Lucillo Philalthæo.

Cōtex. 61 *VAERERET fortasse quispiam, an quæ sensibus subiecta sunt vel eorum motus (quoquo modo sensus afficiatur) vsq; ad instrumenta sentiendi pertingant quando mutant interstitium, quemadmodum odor & sonus facere videntur. Ante enim qui vicinior est odorem & sonum illo facto percipit, quā qui remotior est. Quod cum ita videatur esse, in dubium iccirco vocatur an quod videtur & lumen itidem vt odor & sonus se habeant, quēadmodum Empedocles lumen solis per medium vsq; ad aspectum, aut ad terram cecinit permeare. Quod quidem non immerito fit. Quodcumq moueatur vnde motū auspicetur & quo perueniat habet. Quamobrem intercedat quoddam temporis curriculum, in quo motus is ab uno ad alterum absoluatur necesse est. Et cum omne tempus diuidi possit, itaque erat quando radius non cernebatur, sed per medium ferebatur. Præterea si quispiam simul audit & audiuit, & omnino sentit & senserat, itaq; nihil horum gignitur, sed sine ortu prodeunt. Verum ita vt diximus est, quoniā sonus ictu facto mox non ferit aures, quod etiam transformatione literarum interdum comprehenditur, quasi vox literata prius in medio consistat quā aures attingat. Nam sæpe quod prolatum est, minus rectè intelligitur ab audientibus. quoniam cum aer feratur, variè imprimitur.*

Com. 61. Eò nunc tendit dubitatio an omnia, quę sunt sensibus subiecta, antequā sensum feriāt interuallum illud afficiant, quod est interiectū inter sensum, & id quod cōprehenditur a sensu. Nam euidens est quosdam sensus non prius affici quam interstitia relicta cōmutentur, quemadmodum auditus non statim afficitur sono & nares odoribus. Cum enim oritur sonus, qui eminus sunt sero magis audiunt, quā qui prope morantur. quo argumento liquet plus temporis consumitur, qm sonum audiunt, qui procul habitant cum magis interuallū transeat, q̄ qui vicini sunt. Itidem in odoribus, qm non illico nares bonus odor mutant, neq; eodem mō afficit nares eorum qui prope odorant, vt qui procul. Itaq; notū est hos sensus (vt diximus) affici. Quærendum porrò est, num itidē aspectus mutetur, & a re aspectabili aliquid recipiat, eo tempore quo vniuersum interuallū pertrāsit antequā sensum feriat. Hæc est ergo dubitatio. Dixit aūt, an quæ sensib. subiecta sunt, vel eorum motus (quoquo mō sensus afficiatur) vsq; ad instra sentiendi pertingat, qm quibusdā videbatur quosdam defluxus a rebus, quæ sentiuntur ad sensus vsq; proficisci, & ab his sensum affici, qui etiam ipsas res sensu percipiendas vsq; ad instra sentiendi peruenire arbitrabantur. Alijs verò secus visum est qui nihil fluere à rebus sensibus subditis, neq; esse quædā idola voluerunt, sed spatium inter sensum, & id quod pcipitur sensu mutari & affici, ab eodē sensu cōprehēsibile, cū exit eiusdē spatij natura censuerūt, quod etiā Aristot. demonstrauit, cū explicabat, quonā modo sensus sentirent. Cū ergo de actionib. sensus contentio & controuersia sit, silentio nūc ptereūt, quonam modo sentiendi actio fiet. Sed dubitationē cōem mouet, qm quoq; fiat modo sentiendi actio quispiā dubitaret, an obiectū sensib. vel motus obiecti prius interiectū spatiū attingat quā instra sentiendi feriat, qm cōsentaneū esse videtur, quemadmodum soni & odores suos sensus per media mutant, ita aspectabile afficiat aspectū. Inquit porrò quærendū esse an quemadmodum Empedocli videbatur ita cernēdi actio fiat. Cecinit enim ille solem primum vniuersum spatium inter se & terram interpositum luce complere. deinde terram illuminare. Eiusdem quoq; sententiæ fuit Democritus, cui assentiebantur reliqui singuli qui nonnihil a rebus aspectabilibus ad aspectum confluere arbitrabantur, Iccirco inquit opinioni consentaneum esse vt primū cernendi actio recipiatur in ipso interuallo. Nam motus a re cernēda, vel ab obliquo alio, initium sumit vsque ad aspectum, & cū omnis motus habeat vnde cœperit & quo finiatur, certo quodā tempore, & omne tps, diuidatur in suas dimidias partes, in quib. aspectabile, vel eius affectio & motus fit in ipso intermedio ad aspectum erit. Itaq; prius in dimidia, vel in aliqua interualli parte est quod fertur anteq̄ aspectū attingat. Quare & solis radius vt cecinit Empedocles, orto sole non illico cernitur, neq; ab omnib. eodem tpe conspicitur, sed citius ab his vr, qui prope sunt, quam qui eminus iacent. Accepit hoc esse consentaneū ostēdēs, per motum, vt diximus fieri, q̄ si aliter cernendi actio fieret, post motū non cerneremus. pręterea si quicunque audiens, simul et audiuit & omnino sentit & sensit, cæterum cum tradet minime consentaneū esse, vt quod sentitur dū fertur ad sensum prius in medio esse quam sentiamus ipsum, & hoc quemadmodum de cæteris sensibus, sic etiam de his quæ videntur dicendum esse putat. huic porrò illud adiecit. Itaq; nihil horum gignitur, sed sine ortu prodeunt. Nam eorum quæ minimè æterna sunt, quæcunq; in lucem prodeunt nascēdo non simul nascuntur, & sunt, sed eorum ortus substantiam eorum procedit. Iccirco quiddam eorum, dum fiunt factum est, & faciendum. quæcunq; enim naturaliter nascuntur (vt diximus) fiunt, vt equus qui non simul fit, & subsistit, sed donec nascitur nondum equus quamquam sit aliquid eius. Quinetiam quæ arte construuntur eodem modo fient, quoniam domus, calceus, vestis idētidē fiunt. Nam hæc dum fiunt non subsistunt quamquā semper aliquid eius sit. Sunt prætereà quædam quæ in lucem non prodeunt nascendo nec spatio quodam temporis perficiuntur, cum ortus omnis tempore absoluatur. quo in genere est tactus, non enim hic sensus gignitur neq; alio tempore subsistit, & alio fit, imò vbi primum esse cœpit illico consistit. neq; dicendum est tactum fieri sic vt nondū sit, licet aliqua eius pars subsistat, quo in genere quæcunq; sensus ratio collocatur quoniā nulla earum fit, sed simul aliquis audit, & audiuit, neque asserendum est ita auditionē fieri, vt nondū sit, & tamen aliqua eius pars subsistit, sed quemadmodū quędam iam suscepta pars tactus est tactus, neq; dicendum est sic generari tactū vt nondum sit quamquam eius aliqua pars subsistat. Itidem de auditu dicendum est. simul enim auditur & auditum est, eodem modo de reliquis actionum sensibus, Quoniam quæcunque actio & pars sensus est sensus, Nam actiones eorum & perceptiones illico fiunt & nullo egent tempore quo perficiantur. Nam vt tantum vel tot audiamus, cernamus, gustemus, quodā tēpore indigemus sed ad audiendū cernendum & gustā dum nullum desideramus tempus. Quod si ita se habent sensus nihil refert, si collocauerimus actiones rerum sensu comprehensibilium prius in medio quam pertingant instrumenta sentiendi sic vt nō simul moto intermedio sensus mutentur. Nam quemadmodū ea quę sese mutuo tangere debent medio quodam sese tangunt & si tactus (vt diximus) non generetur. ita reliquos contingere sensibus verisimile est & competum est in ipso audiendi sensu quoniam non vbi primum sonitus editus est, aures ferit, sed tempore quodā elapso aures percipiunt illum ob id ergo non eodē modo neque eodem tempore audiunt qui minore & qui maiore interuallo a sonito absunt, quoniam sero magis sonitum sentiunt remotiores quam proximiores, cuius rei signum illud affert Aristoteles, quo-

niam qui eminus morantur vocis literatæ integrum strepitum recte ritéq; prolatũ non præcipiunt, quoniã aer qui interiacet varie imprimitur a voce litera & oratione ex literis constituta, idque diuersis aeris ictibus. vnde eosdem strepitus quos dicentes formarunt aures non percipient si verba literarum figura dum percutitur aer mutentur: siue quemadmodum Strato dixit, flaccescit ille ictus toni, & vox ictu aeris facta, quãdoquidem is vir in aere varios effici sonos negauit. Sed inæqualitate ictuum aeris aures secus audire voces q̃ quispiam protulit. Verum vtro modo dicas audiendi rationem fieri prius me hercule in ipso interuallo vox est quam aures percipiant, dum alia atq; alia pars aeris percutitur. Cum ergo hæc dixerit de sonitu deq; alijs obiectis sensuum quæ similiter vt soni actu sua instrumenta mutant, asserit neminem de hoc dubitare.

Cõtex. 62. *Quod igitur in dubium venit, id sanè est an color & lumen eodem modo se habeant. Non enim propterea quod quædam mutua est relatio velut inter æqualia inter rem videntem et rem visam hoc dicitur cernere, illud verò videri, quoniam si ita esset, eorum neutrum certo in quodam loco collocari oporteret, Nihil enim referret vbi antedicta æqualia essent vel prope, vel eminus collocari.*

Com. 62. Suadet cernendi sensum haud fieri propter quandam relationem cernentium ad res visas, quoniã quæ mutuo referuntur, vbi talia vel talia euaserint, nec motu, nec tempore indigent. Suadet iccirco aĩalia non eo cernere, quod sit illa mutua relatio antedicta inter cernentẽ & rem cernendã, hoc sanè argumento, quoniã quæ mutuo referũtur talia sunt, qualis est mutua inter illa relatio nulla alia adhibita dispositione, at secus est in actionibus sensuum, quia non desideratur ab illis vt sentiens, & quod sentitur æqualia sint, sed refert plurimum vt fiat cernendi actio quo loco & quanta distãtia vnum ab altero disiunctum fuerit. Persuadet itaq; (vt dixi) argumento non enim omnia quæ mutuo referuntur similiter se habent. Nam dextrum desiderat & locum sibi aptum aptãq; positionem. Cum ergo demõstrauerit non propter mutuam relationẽ animalia cernere dicit, quęcunq; æqualia sunt mutuã inter se relationem habent: Sed in rebus cernendis & cernentibus non solum æqualitas & similitudo inest, sed etiã inequalitas, qm̃ vt æqualia mutuo referantur, nihil aliud desideratur quã vt sint æqualia, at in cernendis rebus tantum spatij certaq; positio requiritur, non enim omnia spectabilia vbicunq; & quauis positione collocata cernuntur. Hoc autem dicit suppetias ferens argumento, quo ostenderat, sic aspectabilia perferri, vt aspectum pertingant, quemadmodum etiam reliqua sensuum obiecta. Non.n. vt æqualia mutuam relationem habent, ita existunt omnia quæ in quadam versantur relatione. Nam dextrum (vt dicebam) læuum, ante, ponè, sursum & deorsum ab aspectu comprehenduntur, non quia ratione ad eundẽ referuntur, sed qua positione collocentur, qm̃ aspectus versatur in relatiuis quæ non solum habent relationem, sed positionẽ & distantiã, & quam quã cernendi actio quandam relationem desideret, haud tamen in ea versatur. dextrũ autem in quadam relatione versatur. quinetiam vim quandam esse, dum cernendi actio fit, oportet quæ cõprehendat aspectabilia, nam sine illa relatio pro nihilo habenda est, quocirca & si in ipso perspicuo quædam sit relatio cernendi, tamen actio illam respuit. Hæc autem vbi dixit, & dubitauit, subiunxit.

Cõte. 63. *De sono, & odore idem ne sentiendũ sit vt de alijs, cõsentaneum esse videtur si quæras vt itidem sentiamus. Quemadmodum enim aer & aqua continua sunt, & tamen eorum motus sic vt diuidi queat, Quamobrẽ sunt qui prius idem audiunt & odorant, & qui posterius sunt etiã qui minimè, Veruntamen nonnulli de his ẽs dubitãt, quoniam quidã aiunt fieri non posse vt idem alio, & alio modo audiatur, videatur, odoretur. Fieri enim nequit, vt multi sint qui seorsum audiant aut odorent. Sin vero vnũ auulsum a seipso esset. Nisi omnes primum mouens velut instrumentum pulsandi, vel thus, vel ignem vnũ & idẽ numero sentiant, & si qui proprium audiunt, id sanè numero distinctum, sed non specie, Quocirca multi vident audiunt, odorãtur. Hęc autẽ corpora nõ sunt, sed quædã affectiones, & quidam motus, verũ non fiunt sine corpore.* Tintinabulũ.

His quonam modo aspectus a cęteris sensibus differat vult ostendere, & verum esse concludere vt antequã suos sensus quicquam feriat obiectum spatium interiectũ pertranseat, & temporis aliquid prætereat, secus videtur accidere his quę aspectum feriunt. Proinde dicit an sensus quando afficiuntur & mutantur a rebus afficientibus eos, interualla, quæ sunt aer, & aqua præsertim auditus & odoratus prius afficiantur ab obiectis, inquit consentaneũ esse rationi, vt sic fiat quemadmodum diximus, vt obiecta per media transferãtur ad sensus secundum quandam successionem motus, Aer enim continuus est, & aqua itidem. quoniam aqua sibi continua & aer similiter sibi continuus est, Motus tamẽ qui absoluũtur in illis interpolati sunt & successione partium quadam fiunt. Nam prima interualli pars vbi affecta est succedenti parti confert & cõmunicat affectionem donec attigerit instrumentum sentiendi. Hoc in causa quoq; est, vt aliquis prius audiat strepitum, alter verò posteà. Qui enim primam exaudit partẽ resonantem aut ictu affectam prius audit, qui posteriores etiam postea comprehendit. Itidẽ de odore dicendum est. Signum affert deinde Aristoteles quonam modo, aer & aqua a peculiaribus obiectiua afficiantur, quæ elemẽta sunt media quib. odoratus & auditus egent, & quomodo eorum motus successione partium & multarum simul fiant, quoniam plures sentiunt vel eundem sonum, vel odorem, licet quidam prius, quidã postea. Quocirca etiam affert cõtinua esse intermedia, & motus, per ea fieri quadã partium successione. Inquit porrò aerem & aquam continua esse, & adiecit aquam propter odorem qui per aquam mutat sensum. Motus ergo qui fiunt per antedicta interualla successione obiectorũ vsq; ad sensum per aliam & aliam partem interuallorum fiunt in tempore, ideo actiones vtriusq; sensus fiunt in tempore. Sed differentia est inter motum soni & odorem quia illa pars, quæ primo afficitur ab odore retinet in se affectionem, quam succedenti parti communicat, quare licet qui viciniores sunt prius odorent, tamen todorem eundem retentum olfaciunt, secus accidit sono, quia ille, qui priorem partem affecit; non conseruatur in illa, sed transfertur in succedentem, ideo & alij aliũ & aliũ sonum auribus percipiunt, quoniam motus soni, similis est lationi, & odoris persimilis est altercationi & permutationi. Deinde vbi dixit, Quamobrem sunt qui prius idem audiunt, & odorant, & qui posterius: Sunt etiam qui minime: antequam de aspectu sermonem faciat, quomodo scilicet aspectus sentiat, & secus quam reliqui quandam dubitationem de sensibus narrat cuius solutionem, his verbis facit. Quamobrẽ sunt qui prius idem audiunt & odorant, & qui posterius: sunt autem qui minimè. Nam hoc modo diluet, sed eiusmodi dubitatio est. Quoniam quidam aiunt fieri non posse, vt idem alio & alio modo audiatur, vel videatur, vel odoretur. Si enim qui mutuo semoti sunt idem sentirent, & perciperent, idem sanè a seipso numero abiunctum esset, atque in diuersis locis. Huius dubitationis solutionem affert, quoniam omnes primum mouẽs quod intermedium siue aerẽ, siue aquam dicas illud vnum numero audiunt. Si enim tintinabulum resonans fuerit, omnes idem sentient.

Si

Si item thus redolebit, idē omnes olfaciunt. Item ſi ignis cernentur omnes eundem percipient aſpectu ſiue qui calefaciunt ſe prope, ſiue remotiores idque vel aſpectu, vel tactu. quare & ſi idem ſit primum mouens attamen medium per quod ſentiũt non vnum idemq; eſt numero, ſed cuique eſt quædam propria ſedes aeris vel aquæ propinqua per quam intermediam comprehenduntur obiecta. Hæc enim ſunt ſolum ſpecie eadem. Nam partes interuallorum cum recipiunt eundē ſonũ, eundem odorē, eundem calorem ſpecie hę ſenſibus offerũt, & tradũt ſucceſsione partiũ. Si ergo ita fit obiectorum comprehenſio, non erit abſurdũ plures ſimul idē videre, & olfacere, & audire, & ita quod prædiximus erit rectè dictum videlicet. Sunt qui idē audiũt & odorãt, ſunt qui minime. quocirca inquit, neq; eſt dicere ſonum, odorem, colorem & calorem corpora eſſe, ſed affectiones & motus quæ neq; ſine corpore sũt. Nam videntur eſſe affectiones obiecti & mediorum, ideo cum corpus intermedium afficiatur, & patiatur, aliquo modo à rebus, quæ cadunt in ſenſum tum ſenſus percipiunt obiecta. Si enim corpora eſſent quæ ſentimus, fieri non poſſet, vt plures ſimul ſentirent idem & vnum numero, quoniam idem eſſet ſemotum à ſeipſo, atq; in pluribus locis & diuerſis, tamen cōprehenſio horum non eſt ſine copore, quoniam motus per quem ſit comprehenſio non eſt ſine corpore, quinetiã hoc confirmat magnitudinis diuiſio per quam diuiſæ affectiones à multis percipiuntur. Nã quia quæ cadũt in ſenſib. affectiones, & motus ſunt ĩ corpore, ideo plures ſimul eas capiunt & ſentiunt cũ corpore per diuerſas partes afficiantur ab his q̃ tales affectiones edunt.

Vide. 4 phy. cum diſputat de vacuo vbi dicit, quo affectiones eſſent in vacuo.

Cõte. 64. *Aut verò de lumine ſecus dicendum eſt. Nam lumen quædam res eſt ſed motus minime eſt.*

Com. 64. Cum ſupra dixerit odori & ſono accidere, vt prius afficiant medium quam ſuos ſenſus mutẽt, & quadam ſucceſsione & latione, & motu rei cadentis in ſenſum per medium, quod eſt corpus continuum fieri comprehenſionem, ideo & in tempore hęc ſenſu comprehenduntur, inquit non eodē modo lumen illuſtrare perſpicuũ & corpus mediũ qđ interiacet inter id à quo prodit lumen, & aſpectũ. Eadē quoq; ratio eſt de colore.

Cõte. 65. *Neque ſimilis eſt latio altercatiõi, latio prius mediũ pertingit, ſonus autem conijcitur eſſe quidam motus eius quod fertur, at quæcunque altercantur non eodem modo ſe habent quoniam plerunque aliquod vniuerſum ſimul permutatur, & minime eius pars dimidia prius velut aqua quæ vniuerſa ſimul congelatur. Veruntamen ſi eius quod caleſcit aut dēſatur copia fuerit magna ſequẽs pars à priore coniuncta afficietur, tamen mutatur prius ab eo quod permutat, & tum non eſt neceſſe vt aliquid ſimul & totum illico mutetur.*

Com. 65. Dicit non itidem de aſpectu & lumine dicendum eſſe, vt de odore, & ſono, quoniã intermedio corpore moto, & alia atque alia parte ſucceſsione quadam mutata ſenſus demum ea obiecta capit. Nam aer & pellucidum per motum illuminatur, ſed illico totum perſpicuum ex poteſtate pellucidum actu fit, & illuminatur, & lumen recipit, quo carebat, ſed nõ recipit, ſic, vt partim ac partim mutetur. Quadã .n. poſitione vel ſitu lumē, & non ſubſtantia corporis oppleti luce aliquid illuminatur: vt libro de anima diſputauimus. Nam eo loco diximus luminis, vel illius quod poteſt illuminare perſpicuum illuſtrari, quam præſentiam per illa demõſtrauit cũ dixit. Nã lumen quædã res eſt. vt .n. dextrũ alicuius non motu dextrum fit, nec ortu, ſed quadam poſitione, & ſitu, vt collocati erimus, illico fit dextrũ ita perſpicuum potentia actu illico fit illuminatum ſolo ſitu illius cui inſitum eſt illuminare. Quodcunque itaq; ex tali ſitu corporis illuminãtis ſubito elucet, & nõ prius pars proximior illuſtrať & deinde ſucceſſione reliquę partes in tẽpore & remotiores (vt de ſono & odore diximus) illuſtantur. Subdit porrò quæ de actione videndi dici poſſunt & nunc probat ea. Quòd ſi ita eſt breuiter per quædam alia confirmat nõ poſſe non fieri. Nam omnis motus non eſt cuiq; ſimilis qm̃ latio non eſt ſimilis altercationi ideſt motus localis prius ad medium peruenit, vnde motus ſoni differt ab illo odoris, ideo & eorũ comprehenſiones in tẽpore abſoluũtur. Vbi enim fit ſonus, nõ illico auditur, itē vbi odor factus eſt & facta copia odorandi non illico odoratur, ſed tempore quodam abſoluũtur. inquit porrò altercatio vel permutatio non eſt omnino perſimilis lationi, quoniam aliquid vniuerſum illico alteratur & non eius vna pars prius, altera verò deinde, neq; dimidium eius primum deinde reliquũ vt talis mutatio in tempore abſolui dicatur. Verum licet alquid illico permutari incipiat & congelari, non ita tamē cõgelať vt momento congelatio fiat ſed eget tẽpore. Vbi ergo aſſeruit non omnino permutatio fieri ſucceſione partium, quoniam eſt, quædam magnitudo quæ vniuerſa ſtatim mutatur, adiecit quod ſi tamen, id quod commutatur alienatione quadã vt eius quod caleſcit vel dēſatur quãdo magna copia erit nõ ſimul vniuerſa incipit permutari, ſed pars ſequẽs à priore afficitur & permutatur alienatiõe quocirca nõ vniuerſa à primo permutãte & alienante mutata eſt licet pars prima cœperit tota ſimul ab illo mutari. Hanc ſimilitudinem inuexit Philoſophus non eo, vt illuminatio cenſeatur quędam alteratio eſſe, quoniam ſecus viſus eſt ſentire, ſed cum in animo haberet quędam afferre, quæ vniuerſa ſimul queant mutari, & non omnino omne ꝙ poteſt diuidi ita mutari, vt aliqua pars prius mutetur ea dixit, vt oſtendat non eſſe præter opinionem vt aliquid totum ſimul illumineť & lumē recipiat ſine aliquo modo, & tempore. Quod verò permutationem, vel alienationem vel ſi placet alterationē (vt vſu tritum ſit verbũ) nõ adiecerit vt arbitraremur illuminationem eſſe quãdam alterationem illud eſt indicio, quia ſubiecit hæc verba. Veruntamen ſi eius quod caleſcit, aut denſatur copia fuerit magna ſequens pars à priore coniuncta afficietur, at illuminatio & ſi magnum fuerit & amplum id quod luce completur, haud tamen eius vna pars prius deinde alia illuſtratur, ſed vniuerſum ſimul vt fuerint ſita & id quod illuſtrat, & quod illuſtratur luce completur, nec erit aliqua pars quæ non ſit illuminata tum, nec erit verum dicere nunc eſt quædã pars non illuminata, & ſed paulo poſt eodem illuſtrante manente, & in eodem loco poſita erit, quædã pars illuminata. Sed cur hoc exemplo ſit vſus videlicet vt aliqua pars tota ſimul permutetur, fortaſſe erat illi vſui quoniam concludere debuit odorandi ſenſum fieri in interuallo prius ab odore affecto. Item nec illud verum fortè eſt vt aliquod vniuerſum ſimul incipit permutari. Nam illud rectè dictum eſt aliquam partem ſimul incipere mutari ſed vniuerſum minime, cum in commentarijs de naturali auditione eius quod mouetur aliquã partem eſſe in termino à quo & partem in termino ad quem: nam hoc modo demonſtratum fuerat omne quod mouetur diuidi poſſe. Cæterum lumē verſari in quodam ſitu corporis illuſtrantis, & non in quodam permutationis modo vel ex eo perſpicuum, eſt, quod quæ permutantur non illico remoto permutante & afficiente amittunt affectionem quam ab illo receperunt. Nun enim receſſu calefacientis illico, quod calet amittit receptum calorem, At verò quæ in aliquo ſitu ſeſe mutuo reſpiciũt, ſi vnum eorum abierit neceſſe eſt vt ille reſpectus illico pereat, & ea minime talia vt prius nominari poſſunt. Vbi enim filius è vita exceſſerit. Is vir qui pater erat tũ minime pater dici põt, Itē ſiniſtro recedēte eius dextrũ non dř dextrũ. De lumine ita dicendum eſt, Nam ſimul exiſtunt

Alteratio dicitur ab alijs.

Pete dialecticis, & calculatore hæc.

Aduerte hæc verba explicant ea ſuperiois contextus.

corpus

corpus quod potest illuminare & illuminatio. quæ vbi breuiter dixit, hęc subiungit.

Cōtex.66 *Cęterū si humecta loca incoleremus, eodē modo gustaremus & odoraremus & remotius antequā vel nostras nares odor attingeret & sapor linguam ipsi sentiremus Rationi porrò consentaneum est vt ea instrumenta sentiendi inter quæ, &, obiecta interiacet medium non simul afficiat. excipimus tamen lumen, ea quam supra memorauimus causa.*

Com. 66. Hoc dicit quoniam etsi aliquo interuallo ab odore disiuncti sumus, eundem tamen sentimus, quia aer & aqua quæ sunt interualla, afficiuntur ab eodem & affectionem eādem deferunt sensui. Itidem de gustatu dicendum esse monet si loca humecta habitaremus idest aquam per quā sapores gustaremus. Nā aqua cum recipit qualitatem saporis sensui offerret antequam illam tangeremus quemadmodum odorem sentimus. Sed cum aliter fiat quandoquidem aer in quo sumus odoris sit capax, & tamen non afficitur saporibus licet humidus sit. Nam nec omne humidum aptum est vt sapore afficiatur. Cæterum inquit consentaneum rationi esse ob predicta, vt hi sēsus inter quos & sua obiecta aliquod medium interiacet non simul cum suo medio ab obiectis afficiantur, neque simul fiat eorum perceptio & sensus, sed in tempore. Secus autem de lumine, et de cernendis rebus dicendum est. Cur autem dixerit cōsentaneum esse rationi arbitror, quoniā quę in sensum cadunt per motum & affectionē sentiuntur si intermedium prius mutatum & affectum fuerit, iccirco & in tempore à mouente affectio talis sensui mittitur, sed lumē & colores non motu feriūt aspectum, lumen enim vt sita erunt quod illuminat & quod illuminatur ita orietur, idcirco & vniuersum pspicuū simul illuminatur. Vbi ergo ortū sic fuerit lumen illico sine mora feriet aspectū sic, vt non solum subito cernendi actio fiat, nā hoc in cæteris sensibus inesse demonstrauimus, sed ēt obiectum simul. & sine mora aspectum mutat. Nam motus colorum in perspicuo actu similiter fiunt, vt lumē in eodem, quod demonstrauit dicēs.

Cōte. 67. *Itidem de ipsa cernendi actione dicendum est, Nam lumen in causa est, vt cernamus.*

Com. 67. Si nec motu nec tempore lumen sit præsens perspicuo, neque etiam cernendi actio tempore quodam absoluitur. Quocirca illico aspiciētes eodem modo eminus ac prope cernimus.

Cōte. 68. *Dubitatio præterea alia non leuis oritur de sensibus, duo ne possimus in eodem tempore & indiuiduo sentire. Quod si commotio maior minorem excludit. Quocirca multa sępe quæ ante oculos feruntur, in aliqua defixi cogitatione vel metu perterriti magno, vel strepitu ingenti penè obstupefacti non animaduertimus quare hoc, firmum ratumque sit. Si item melius longe sentimus id quod solitarium simplexq; est quam commixtum, vt vinum quod meracius est, quam mixtum & mel & colorem, atq; acutum sonum quam in ipso concentu diapason, quoniam mutuo sese adumbrāt, vel obscurant, quod quidem tum maximè afficitur quando ex aliquibus aliquod vnum efficitur si ergo cōmotio maior minorē extrudit, necesse est si fuerīt simul vt maior minus sētiat quā si sola fuerit. Nā minor maiori cōmista ab ea nō nihil demit, siquidē simplicia & solitaria rectius sentiātur. Quod si æquales essent inter se motiones cum sint diuersæ, earum neutra sentietur quoniam altera alteram similiter obscurat obtunditque, immo nec simplicem hoc modo sentire licet. Quamobrē vel nulla earum sentietur, vel vtraque simul alio modo ferient sensum quam solitaria, quod quidem in his fieri videtur, quę mutuo temperantur. Cum ergo ex quibusdam aliquid oriatur, & ex quibusdam minime, quæ huiuscemodi erunt alium afficient sensum. Ea nanque miscentur, quorum extrema sunt contraria ex albo porrò & acuto nihil temperatur, nisi aduentitio modo et minime vt ex acuto & graui nascitur concentus, quocirca neque nobis datum est eas simul sentire. Nam si motiones æquales fuerint sese mutuo imbecilliores reddent, quādoquidē ex illis vna fieri nequeat. Quod si inęquales fuerint, valentior sensum mutabit. Præterea animus duo melius vno sensu sentire poterit, quando eorū vt acuti & grauis, vnus est sensus. Nam facilius est lōge vt idē mutetur quā duo vt aspectus & auditus. Quare vno sensu duo percipere nō licet, nisi misceantur. Quod enim mixtum est, vnum esse cupit et vnius vnus est sensus, & vnus sibi præsto est quare necessario simul animus sentit commixta quoniam actu vno percipit sensu. Vnus .n. numero vnus est actu sensus & specie potestate est vnus. Si ergo vnus extiterit sēsus actu, indicabit, illa duo vnū esse Hæc igitur vt mixta sint necesse est. Si verò nō fuerint admixta, sensus duo erūt actu, & si vna vis facultasque & indiuiduum tēpus erit vna quoque erit actio. Vnius enim semel est vnus vsus & motus sed vna est facultas, itaque nequimus vno sensu duo sentire. Quod si fieri nequit vt duo simul sentiamus eodem sensu, perspicuum est, vt multominus, quæ duobus, sensibus, vt album, & dulce, comprehenduntur, simul sentiamus Animus enim alio nequit modo aliqua eadem numero iudicare nisi simul fuerint. Vnū autem specie cū sensu, & modo discernit, quod propterea dico, quod fortasse albū & atrū specie diuersa idem sensus iudicat, vt dulce & amarū idem sibi iudicat sensus, qui alienus est à priore. Sed aliter vtrūq; contrariorum percipit. Veruntamen eodem modo tanquam in eodem ordine, illa contraria sentit, videlicet vt gustatus dulce, ita aspectus album, et quemadmodum is nigrum, ita ille amarum percipit.*

Evidens est dubitatio, quam mouet. Quærit vtrū in eodem tempore plura simul possimus sentire .i. an plura obiecta sensibus percipere necne valeamus. Dixit autem indiuiduum tēpus non tanquā id sit diuisionis expers, qm̄ nullum tēpus hoc modo indiuiduū est, sed dixit ne tp̄s diuidatur, in quo vnū, & reliquū alterū sentimus. Argumenta porrò facturus primum ꝓbabiliter ostendit nos minime posse de duo simul percipere, & quędam sumit & ponit, & tanq̄ euidentia adhibet: primum plura quę in sensum cadunt: sese mutuo impedire, ne sensum vt debent permutent, qm̄ semper maior motio minorē confundit: & obtūdit qđ suadet ex eo, quia plerunq; ob oculos vel ponuntur nonnulla, vel feruntur, quę in quadam defixi cogitatione, vel metu perterriti. vel strepitu ingēti obstupefacti nequāq̄ animaduertimus Vehemens .n. actio animi cęteras minores impedit. Secundum affert, longe nos melius sensu percipere, quę nō admiscentur alicui, nec temperatur sed solitaria sunt, quam cōmixta & tēperata cum alijs, quo etiam palam demonstrauit exemplo vini, & aquæ quando fuerint commixta. Itidem de melle, albo, & quouis alio colore quando fuerint non admixti. Itidē de tono acuto quando solitarius fuerit rectius exaudiē quā quando admiscetur graui sono, vel alicui alio ictui & tono, vel diapason cōcentui. Hæc omnia atq; similia si fuerint simpliciora, & magis solitaria sēsus rectius percipiet, quam si admixta mutuo fuerint, & composita, cuius causam adiecit, quia vnum alterum obscurat & reddit imbecillius, singula enim melius sentiuntur simplicia quam commixta. Vbi ergo dixit quæ miscentur mutuo sese obtundere & obscurare, addit deinceps quæ admiscentur, & quæ mutuo sese confundūt & quomodo amittāt vim ciendi sincere sensum cum miscentur, quæ ponit cum dicit, quando ex aliquibus vnum aliquod efficitur, quoniam talia mutuo admixta sese obscurant & reddūt imbecilliora. Miscenē ergo illa ex quibus vnū aliquid effici pōt. Nō .n. quoduis cui-

uis

uis admiſcetur, ſed ſaporibus, ſtrepitus ſtrepitui, color colorib.& calor & frigus, ac ſiccitas & humor mutuo commiſcentur.Itidem alia commiſcentur contraria. Non enim ſonitus admiſcetur colori, neque ſapor ſono, quoniam fieri non poteſt, vt vnum ex eorum admixtione fiat. Quæ enim diuerſis ſenſibus, percipiuntur mutuo miſceri nequeunt, ꝙ in diuerſis gñibus collocãtur. Ea.n. admiſcenẽ inter ſe quę eiuſdẽ ſunt generis cõtraria & intermedia. Et cũ poſuerit q̃ ſẽtiũtur vbi mixta fuerĩt ſeſe mutuo impedire, & quæ differũt nõ cõmiſceri, ſed ſuum ſenſum quicq; obiectũ mouere, & mixta minus ſentiri, quã ſolitaria & ſimplicia nititur oñdere fieri nõ poſſe, vt duo ſimul ſentiamus. His addit minorem motionem à maiore obſcurari, quo tẽpore etiam maior minus recte percipitur, quam quando fuerit pura & ſincera. Si.n. motus maior minorem obtundit obſcurans ipſum, idcirco metu magno perteriti multa non animaduertimus, quinetiã in admixtione eorum, quę mutua nõ ſunt, ęque percipiũtur, igitur neceſſe eſt ſi q̃dã ſimul ſentiũtur, vt aliqua magis mouere poſsint, & aliqua minus, etſi maior vis in cõmixtione minus recte percipiẽ, minor ergo multominus q̃ ſi ſola fuerit. Nã i admixtione aliquid demitur ab ea. nã recipimus ſupra ſimplicia oĩa, & nulli admixta magis ſentiri quã mixta. Fortaſſe hoc tanquam ſequens ex dictis accepit, videlicet ſi æquales fuerĩt ſẽſus, id eſt ęqualia obiecta. Equidem diuerſa diuerſis ſenſibus cõprehenduntur, quia nullum confert alteri ſenſui quam ſuo aliquid vt ſentiat. Minor enim motio cõmixta maiori aufert ab ea aliquid & obſcurat. Et ſi fuerint ambę æquales diuerſorum obiectorum motiones vna alterã impediet, itidem ſi ſimplices fuerint æquales, etiam ſi ex ambabus aliqd fieret ſẽſus enim ſimplex eſt ſimplicis obiecti. Reſtat ergo vel vt commixta nullum mutent ſenſum, vel ex eis vnum fiat quod ſenſum vnũ afficiat, qđ quidẽ fit in his quę mutuo miſceri poſſunt. Nam mixta aliter ſentiri nequeunt quã vt vnum oriatur ex permixtis obiectis ſenſuum, licet ex ꝑmixtione aliquorum nihil fiat, quoniam neq; principio miſceri (vt diximus) poterant eiuſmodi ſunt quæcũq; diuerſos ſenſus cient. Miſcẽ tur.n. quę ſunt eiuſdem generis & ſub eundem ſenſum cadunt. Sũt autem talia quorũ extrema mutuo cõtraria ſunt Extrema enim ſunt q̃ plurimum diſtant inter ſe, & quæ plurimum diſtãt inter ſe & contraria ſunt, in eodem genere hęc miſcẽtur mutuo. Ex albo enim & nigro commixtis vnũ aliquid oritur, quinetiam ex medijs mutuo mixtis vnũ naſcitur, at ex cãdore & acuto nihil fieri poteſt niſi acutum nigrum ſit, vel aliquem aliũ colorẽ habuerit, quo commixtio fieri poſſet, ſed tum ex acuto & albo aliquid naſceẽ aduentitio modo, qm̃ aduẽtitio modo albũ & acuſũ miſcentur & ambo vnum aliqd fiunt ſi vni erũt ambo accidentia, ſed non erunt eadem ſic, quemadmodũ vnus eſt concentus, ex acuto & graui. Hæc enim ſuapte natura miſceri queunt, & ſunt eiuſdẽ generis, & ſub eũdem ſenſum cadunt. Quæ cum dixerit etiam addit perinde, ac demõſtratum ſit, ex poſitis fieri non poſſe, vt ſimul diuerſa ſentiamus obiecta ſenſibus. Vel.n. æquales ſunt motus eorum, vel vnus eſt reliquo valentior, quod ſi æque valent ſeſe mutuo obſcurabũt. Si.n. maior motio cõmixta minori, non poteſt bene ſentiri quoniam minor illam impedit, quanto magis ſi æquales fuerint vnã alteram impediet? Neque.n. mixta vnũ aliqd pariunt ſenſu cõprehenſibile, ꝙ ſi vna erit valentior altera ſola ſanè valentior ſenſu percipietur. Iãdudum ac ſæpe poſuimus maiorem motionem obſcurare minorem imbecillemque reddere. Cęterum vbi dicit. Præterea animus duo melius vno ſenſu ſentire poterit, quando eorum, vt acuti & grauis eſt vnus ſenſus: argumento probat, non poſſe plura ſimul ſentiri, quæ diuerſis ſenſibus comprehenduntur, Et argumentum texit à maiore, & minore: Dicit porrò animum plura ſentire ſimul quę vno ſenſu percipiuntur, & minime, quæ diuerſis ſenſibus cõprehẽdũtur, qđ probat dicẽs. Facilius longe vnus mutetur q̃ duo, vt aſpectus & auditus, quaſi dicat facilior eſt motus vnus vnius ſenſus eſſe quam duorum, ideſt magis vna & eadẽ poteſt eſſe vnius ſenſus actio, quã multorum. Quare actiones, quæ propter quandam affinitatem magis vna & eadẽ eſſe poſſent, hæ quoq; magis ſimul ſentiuntur, quam ſi plurimum inter ſe diſiunctæ fuerint. Si ergo vt demõſtrabit non poteſt vnus ſenſus plura ſimul ſentire, ſequitur vt neq; diuerſis ſenſibus ſubiecta ſimul ſentiri queãt. Nam inquit fieri nõ poſſe, vt eodẽ ſenſu ſimul duo ſeparata & duo manẽtia percipiãtur. Nã fieri põt, vt mixta plura ſentiat animus, tanquam vnum, ſed im mixta ſimul non poteſt ſentire, quod quidem probat, ex eo quod vnius numero rei vnus eſt numero ſenſus. Quod etiam ſignificat, his verbis & vnus ſi prę ſto eſt. Nam vna actio ſenſuum, & in eodem tempore, & ſimul fit, commixta porrò ſimul ſentit ſenſus, quoniam illa ſunt vnum, & vnus numero vnus eſt ſenſus, quę autem nõ numero vnũ ſunt, ſed ſpecie vel genere quẽadmodũ albũ & nigrum, quę ſpecie eadẽ ſunt, horũ vnus eſt ſẽſus, licet nõ actu, ſed ptãte, & facultate vnus Oẽs. n. aſpectus actiones poteſtate ſimul eædẽ ſunt inter ſe qñ has exercere aſpectus poteſt. Nã vnus ſenſus alter eſt vnus actu, alter verò poteſtate, animus porrò vnus eadem obiecta ſenſuum gñe percipit: vt ergo accepit vnius obiecti numero vnam eſſe actionem, et pluriũ mixtorum eſſe tãquã vnius cõuertit dicens vnum ſenſum eſſe vnius obiecti numero Itaque ſi fuerint plura, et commixta ſimul ſentientur tanquam vnum, ſi autem non fuerint admixta, quot erũt obiecta eiuſdem generis, tot erunt ſenſus, & comprehenſiones eorum cæterum ab vna facultate numero, quæ agit in tẽpore indiuiduo actio vna ꝓdeat neceſſe eſt, vnius enim potentiæ vnus vſus eſt, ſemel & actio numero id eſt vna ſola numero comprehenſio. Non ergo in eodem tempore vnus ſenſus actu duo quædã percipit. nã duo cõprębenduntur duabus cõprehenſionibus, at vna actio vnius capax eſt. Cum ergo probauit fieri nõ poſſe, vt vno ſenſu ſecundum idem plura percipiamus, ꝙ ſequĩtur ſubiungit, videlicet minus animum noſtrum poſſe eodem ſenſu ẽm idem quæ pluribus ſenſibus capiũtur ſentire. annectit deinceps. Animus.n. alio nequit modo eadẽ numero iudicare niſi ſimul fuerint: vnum autem ſpecie cum ſenſu, & modo diſcernit: quę verba dicit, vt ſuadeat & cofirmet actionem vnã eſſe vnius ſenſus numero, quod quidem nullo alio modo animus cẽſet niſi tempore indiuiduo. Nam quia ſimul & indiuiduo tempore aliqua comprehendit perinde, ac vnum ſe percepiſſe iudicat quare omnia, quę ſenſus cognoſcĩ in ipſo tempore indiuiduo, tãquam vnum ſentiũtur, & quæ ſunt eadem ſpecie, & ſimiliter genere, vnum ſenſus iudicat vbi & verum genus & ſpeciem ſumit: & hæc iudicari à ſenſu etiam modo comprehẽdi, & forma & ſenſu diſcernendi eadem dicit. Quæ eadem genere iudicantur ſunt eiuſdem generis inter ſe ſub aſpectu, & quæ audiuntur, itidem ſub auditu, idem de aliis dicendum eſt, itaque genere eadem ſenſu iudicante definiuntur & diſcernuntur talia. Eadem quoq; ſpecie & differunt in eodẽ genere dijudicat ſenſus per modũ comprehendendi ea. Tactus enim quæ tanguntur percipit, ſed nõ eodem modo. Vnus enim quiſque ſenſus eſt iudex contrariorum, Aſpectus inquam albi & nigri: Guſtatus dulcis, & amari, Auditus acuti & grauis, eodem quoque modo & alij. Album & atrum quoniã & in eodem collocantur genere vno ſenſu comprehẽdũtur, licet alio modo, & alia affectione. quare & alio & atq; alio tempore percipiuntur, & quæ differunt in tempore cõprehenduntẽ diuerſo cõprehẽſionis modo

Itaq;

Itaq; eadē specie, iudicant eadē à sensu, qui idem sit, licet tempus aliud & aliud sit. Sunt autem inter se contraria, quæ sunt eiusdem generis, sed non quę sunt similia specie, quæ sunt specie diuersa, sunt contraria inter se, quorum differentias sensus iudicat modo comprehensionis. Nō enim similiter aspectus album & nigrū iudicat, sed album velut habitum, & nigrum velut priuationem percipit. Omnium.enim contrariorum alterum est habitus, & alterum priuatio eius aspectus iudicat album, & nigrum specie inter se dicere, qui est vnus sensus, idque secundum diuersam comprehensionem, & modo comprehendendi: Itidem gustatus dulce, & amarum differre specie iudicat. Non ergo satis idoneum argumentum est ad probandum, aliqua eadem specie esse, vt vno sensu percipiantur. Et modo comprehendendi, quę sunt eadē specie iudicantur eadē à proprio sensu Quæ specie similia sunt mutuo sub vnū sensum cadūt, quædáq; velut habitus cōprehendit, & quędā velut priuationes, sed varia est horum cōprehēsio propter solā differētiā tēporis. Et media inter contraria, ptim vt habitus, partim vt priuationes, vt erit eorum admixtio comprehenduntur. Similiter sensus comprehendere ait, quę sunt in eodem ordine mutuo respōdentia cōtraria, qm̄ non aliter aspectus habitum & priuationem cōtrariorum percipit, & aliter auditus sua contraria, & gustatus aliter similiter & alius quisque sensus sunt omnia eodem modo contraria & proportione similis vt enim sunt ordinata illa contraria proportione, etiam sensus & comprehensiones collocantur. Vt enim se habet in genere colorū album, ita in genere saporum dulce, ideo vt aspectus pcipit, albū, ita gustatus, dulce. itē vt nigrū ī coloribus ita amarum in saporib. Sunt.n. priuationes ambo, itidē ipsorum sensus proprij sunt capaces, quare itidem gustatus amarum percipit vt aspectus nigrum.

Cōtex.69 *Præterea si contrarium dicuntur motus contrarij & contraria in eodem indiuiduoq; tempore esse nequeunt, & tamen sub vnum sensum cadunt. Cōtraria sunt velut dulce amarum quæ nequeunt simul sentiri, quo fit, vt neque ea simul sentiantur, quæ contraria non sunt. Hæc autē partim ad albū, partim ad nigrum pertinent, idemque de alijs dicendū est vt de saporib. quorū alij ad dulcē, alij ad amarū reducuntur. Neq; autē ea quæ commiscentur. Sunt.n. proportione contraria velut diapason, & diapēte nisi fortè vt vnum sentiantur. Hoc enim modo extremorum vna nascitur ratio, & aliter nequaquam. Erit enim simul hæc multi ad exiguum, aut imparis ad parem, & hæc per exigui ad multum aut paris ad imparem. Si ergo plurimū inter se, absunt & differunt, quæ quodā inter se ordine mutuo respōdēt, sed in alio genere, hæc sunt quā ea quæ sunt ī eodem genere, dico autem velut dulce et amarum quæ inter se ordine quodam respondet, sed genere sunt diuersa.*

Com. 69. Hoc argumento probat eundem sensum non posse simul, plura comprehendere. Si enim per motum sensus, comprehendunt, & contrariorum motus sunt cōtrarij, & contraria simul in eodem tempore esse non possunt, nam simul motibus contrarijs moueretur, quare nequit, idem sensus simul, contraria sentire. Itidem neq; simul comprehendet ea quæ non sunt, contraria, quę sunt media, inter contraria. Etenim horum quędam cohęrēt, cum altero cōtrariorum, altera cum altero (vt supra diximus) Nā cōmixtione contrariorū media oriūtur, & si plus habuerint media alicuius cōtrarij in eodē ordine collocabūtur ī quo cōtrariū repositum est, quare nullus sensus mixta plura, & intermedia simul velut fuscum & purpureum comprehendet vel diapason vel diapente in quibus mixtis pugna quædam inesse censetur, si quidem diapente concentus sit vt imparis ad parem. Nam est vt tria ad duo, contra autem diapason vt paris ad imparem, quoniā velut duo ad vnum est, & sensus non potest, simul exaudire concentum qui est imparis ad parem, & eum qui est paris ad imparem, Cum ergo dixit mixta et intermedia simul plura, sensu non posse percipi adiecit, nisi forte vt vnū sentiatur. Hoc nāq; modo ratio extrēorū vna fit. Secus aūt nequaquā. i. quia plura hoc modo inter se tēperata et mixta sensus simul sentit, vt.n. cœruleum vnum sentit colorē, qui tñ ex contrarijs cōponitur. Verū in hac admixtione ex extremis & cōtrarijs admixtis vna fit rō, vnaq; natura ac vna res. Quare cū ex admixtione vnum aliquod fit, tum simul mixtum sensus percipit. Quoniam tanquam vnum sentit. Verum si separentur ea, ex quibus color cœruleus admiscetur vel erunt inter se, coniuncta solum. vt cœruleus & ruffus, & tum non simul percipientur. Illa verò verba, Erit enim simul hæc multi ad exiguum, aut imparis ad parem & hæc perexigui ad multum, aut paris ad imparē subiunxit, propterea quæ sunt, intermedia sensu comprehensa. Nam & talia sunt mixta, attamen hæc omnia non eādem rationem habent. Eorum namque alia multum albi & parum nigri, vt ruffus color habēt hæc; contra verò vt cœruleus color. Itidem in concentibus alter est imparis ad parem vt diapente, alter verò paris ad imparē, quorum rōnes discrepāt inter se & aduersantur. Sed fortè cœruleus color quamuis sit compositus, vnam quandam rationem non habet, similiter & concentus diapente. Cæterum subiungit si ergo inter se plurimum absunt & differunt, quæ quodam inter se mutuo ordine respondent, quibus verbis cum antea, sumpsisset vnum sensum posse plura simul obiecta propria percipere, cum quisque sensus suū pcipiat obiectum, & ostendisset vnū sensum plura simul percipere nō posse, quáuis ꝓpriè obiecta à suis sēsib. cognoscantur infert ꝙ sequitur id est multo ēt minus vnum sensum posse, plura simul comprehendere, quæ ad diuersos spectant sensus. Nam si ea quæ sunt eiusdē generis ab his quæ non sunt eiusdem generis plurimū differunt cum his quæ sunt similia genere congruat, similitudo & ipsum idem. Illa verò non eadem genere priuata sunt illa similitudine. Verum nonnulla similia genere secundum vnumquęque sensum inter se quodā ordine, & proportione respōdent. Quędā autē minime, quę autem sunt inter se similia, genere, & à diuersis sensibus sentiuntur quodā ordine mutuo respōdētes in vno latere, alia velut habitus habitib. rñdentes collocantur, alia verò velut priuationes priuationibus respondent. Quæ verò non respondent mutuo ordine inter se sunt, vt habitus & priuationes, quod etiā significauit, dicens. Dico autem velut dulce & amarum quæ inter se ordine mutuo respondent, sed genere sunt diuersa. Nam contraria sunt eiusdem generis, quæ enim sub idem genus cadūt, & sub vnum sensum cadunt. Nam plus distat dulce ab albo quam albū à nigro plus etiam distat dulce à nigro quam ab albo. Nigrum enim & album sunt eiusdem generis, Dulce autem & album diuersi generis sunt, licet quodam mutuo ordine inter se respondent: verum dulce & nigrum, neque sunt eiusdem generis, neq; in eodem ordine collocantur. ꝙ si nequeunt plures eiusdē generis simul sentiri, quanto minus quæ sunt genere dissimilia? & quæ diuersis sensibus percipiuntur simul comprehēdentur, et adhuc multo etiam minus si fuerint genere diuersa, & non quodam ordine respondentia,

Dulce autem ab atro magis specie differunt quā ab albo. quare multo minus hæc simul sentiri poterunt quam ea quæ sunt, genere eadem. Quamobrem si non hæc percipiuntur, neque illa. Cōtex.70

Incorruptus magis & euidentior erit cōtextus verborum si cōscriptum erit illud verbū (quam albo) vt sit verborum sentētia, dulce specie plus distat à nigro, quam ab albo, quoniam album in eodem genere habi Com. 70

tus

tus collocatur, vt dulce, ſed nigrum eſt priuatio neque in eodem ordine collocatur in quo dulce.

Cōte.7. *Recte deinde ne affirment illi qui muſicæ ſeſe dediderunt aſſerentes ſonos nō vna peruenire ad ſenſum licet videantur attingere ſenſum ſed latere, quoniā tempus quo ſoni fiunt nullo percipitur ſenſu videndum eſt. Fortaſſe enim nunc aliquis dicere poſſet videri nobis ſimul, videre & audire quidpiam quoniam non percipitur tempus. An hoc forte minus, verum eſt, quoniam nullum ſubſiſtit tēpus quod lateat, & nullo percipiatur ſenſu, immo omne tempus percipitur. Si enim quando idem ſeipſum vel aliū ſentit, continuo tempore nihil occultū tum eſt. Illud enim temporis quod nullo percipitur ſenſu quantum eſt id totū in continuo collocatur, clarum eſt, vt idem ſibi occultus ſit, & ſi videt non ſentit, etiam ſi ſentiat.*

Com.71. Poſteaquā probauit ſenſum, non poſſe ſimul plura percipere, refellit eorum reſpōſum quo nōnulli tuebātur videri magis nobis plura ſentire quā ſenſu illa percipere. Erat inquā reſpōſum eorū videri plura obiecta ſimul ſenſum ciere, quāquā ſimul nō moueant, ſed in tpe, qm̄ intermedia tēpora nullo ſenſu percepta videbantur, hac ratione ſimul fiebāt. quod quidē falſum eſſe oſtendit quia nullum eſt tēpus, quod ſenſu non percipiatur ſuapte natura. Quæ dicta vtilia quoq; ſunt, & ſi ſecus dixiſſe videamus de aſpectu qm̄ nec lumē, nec aſpectabile tēpore, ſed illico percipitur. Simul enim reſpiciendo, tam ea illico percipimus, quæ prope morantur, quā ea quæ procul, ꝙ ſi oſtēdetur falſum eſſe. vna quoq; demonſtrabitur eſſe falſum, vt ſit quoddam tēpus nullo ſenſu perceptum. Primū ergo ponit opinionem, & mentionē facit eorum qui ſeſe muſicę dediderunt, qui vt ſuam tuerētur opinionē dicebant ab inſtrumentorū ictibus nō poſſe ſonos peruenire vſq; auditū ſimul, ſed tēporibus diuerſis, etſi videātur ſimul ad aures peruenire. Aſſerebant etiā vnū ſonū ex omnibus cōtinuū factū videri, quē velut cōtinuū auditur percipiebat, propterea quod interuallum nullū percipiebatur ſonorū: preterea tp̄s nullo ſenſu perceptum introducebāt qui idolorum concurſu nos cernere dicebāt. Inquit porrò Ariſt. videndum eſt an recte dicebāt muſici, & cur videndū ſit, & inquirendū cauſam bis verbis affert. fortaſſe. n. aliquis dicere poſſet, nūc videri nobis ſimul videre, & audire quidpiā qm̄ interuallū tpis nō percipitur. Quod ſi ita eſt, vbi ea quęſtio ſolueretur, cur plura ſimul non ſentiātur, quærendū eſſe poſtea quō videamur plura ſentire, etſi nequimus plura ſentire. ꝙ ſi tollerēt dubitatio quia datꝰ tēpus nullo perceptū ſenſu, itaq; vbi oſtenſum fuerit nullū eſſe tp̄s ꝙ ſenſu nō cōprehēdatꝰ, alia ſolutione erit opus & defenſione, ꝓbat ergo nullum tēpus ſubſiſtere ſenſui occultum. Verū ſumamus oportet nullū tp̄s eſſe ita ſenſu ꝑceptū, vt quędā ſit natura quæ ſolitaria ſubſiſtat, ſed ꝑcipitꝰ tēpus cū quædā labuntur & fiāt in ipſo quæ certe ſentiuntꝰ, & horū cauſa tp̄s ſentitꝰ, itaq; tēpus nullo ſenſu perceptu id eſſet in quo quicquid fit nō perciperetꝰ fieri. ꝙ ſi nullum tēpus eſt hmōi, in quauis tēporis parte eius ꝙ fit ſentitur ſemper aliquid, itaq; nullū ſubſiſteret tp̄s ſenſui occultū. Neq; ſi quædā eorum, quæ naſcuntur in tempore ſenſum latent, ideo tēpus latebit in quo illa oriuntur, itaq; ſi tēpus ſenſu cōprehēdimus in quo illa generantur nullo ſenſu percepta non erunt illa ſenſui incognita propter tempus, neq; tempus eorum cauſa ſenſui occultum. Queunt enim quædā, ſenſu incognita, vnius anni ſpatium moueri, quorum ſcilicet motus non ſentietur, vt ſi quędā eſſent perexigua corpora quæ ſenſum ferirēt, & tamē anni ſpatium ſenſu cōprehēderetur, quia etſi nō ſentimus motum prædictorum corporum, attamē multa alia ſenſu percipimus. Si ergo nobis oſtēſum fuerit nullā eſſe tēporis partē, quā nō ſentiamus, præciſa quoq; erit eorum ſententia, qui tēpus introducunt ſenſui occultum. Quod verò ſemper aliquid tēporis ſenſu percipiamus oſtendit, quoniā ſi quando aliquis ſeipſum ſentit, & eo tēpore nequit ſibi occultus eſſe cum eſt, & ſentitur, itaq; non pōt ſubſiſtere tēpus nullo ſenſu perceptum. ꝙ quidē ex eo probat, omniā ſi quoddā erit tēpus nullo ſenſu, perceptum, ſequitur vt idipſum ſit in eodē tēpore continuo, in quo aliquis ſeipſum ſentit, ꝙ ſi dabitur tum nihil ſentiet eius quod ſentit aliquis, immo neq; ſeipſum ſentiet. Si enim illud tēpus daretur nullo ſenſu ꝑceptum perſpicuum eſt eodē tēpore ſeipſum aliquem ignorare & latere, quod quidē fieri nequit, quia nemo eſt qui nō ſeipſum dum eſt, ſentiat ſe ſubſiſtere. Itidem abſurdum ſequitur ſi diceretur aliquis nō ſeipſum, ſed nō alium ſentire, quia dum aliquis ſentit aliquid, dicemus illū nō ſentire neq; id ꝙ eſt ſentire, ideſt neque ſe ſētire aliquid, ſed quoddā tēpus eſſe in quo ſeipſum ſentire nō ſentit Quod ſi nullum eſt tēpus in quo cum aliquis agit & ſentit ſeipſum lateat eſſe. nullum profectò erit tēpus ſuapte natura ſenſui incognitum. Non. n. quando ſtertimus ſi noſipſos haud eſſe percipimus, iccirco erit tum tēpus ſenſui incognitum, quia eodē tēpore alij vigilant & ſentiunt aliquid, & nos cum vigilamus percipimus ea, quæ alij nō percipiunt. Non. n. ab his qui non ſentiunt, iudicari pōt tēpus eſſe ſenſui occultum, vel aliquid aliud omnino abſconditum ſenſui, quia à ſtertentibus, & ſomno graui oppreſsis nullum obiectum percipitur, nec color, nec ſonus, nec odor, nec ſapor, nec quę tanguntur.

Prætereà nec tēpus, nec vlla res in ſenſum cadet, aut non ideo ſentietur tempus, quia aliquid illius quod fit in eo percipitur, vel non eo, quod aliquid illius, videmus ſiquidē, & temporis & rei quædam ſubſiſtit magnitudo. quæ nullo propter paruitatem ſentiatur ſenſu. Com.72.

Hoc argumento idem probat, & quoniam nullum tempus eſt ſenſui obſcurum, iccirco neq; aliqua erit magnitudo, neq; pars alicuius ſenſu percepti, quæ ſuapte natura non ſentiatur. Sin autem motus vna cum tempore ſenſui occulti eſſent. Verum demonſtratio obſcura eſt. ſi quis tamen cupit eam intelligere huiuſmodi erit. Si quędam temporis, vel magnitudinis pars nullo capitur ſenſu, neq; erit tempus quod ſentire valebimus, neq; itidem magnitudo, quā ſimpliciter, & propriè ſentiamus. Sed tpis ita lōgitudinem ſentimus, nō quia illā ſentimus, ſed quia aliquid eius ſenſu comprehēdimus, profectò & vniuerſam ſentiemus magnitudinē nō quia hanc percipimus, ſed quia aliquid eius ſenſu percipimus. Quęcunq; porrò in tēpore ſentimus iccirco ſentimus, quia in aliqua parte eius ea ſenſu percipimus: ſimiliter magnitudinem percipimus ſenſu, non quia vniuerſam percipimus, ſed quia eius quaſdam partes comprehendimus, idcirco verum aſſerimus cum dicimus quoddam eſſe tēpus primum in quo vniuerſo aliquid percipimus. Eodem modo eſt magnitudinis pars quam primo vniuerſam ſenſu comprehendimus. Quicquid enim comprehenditur, tum vere comprehēditur qn̄ aliqua eius prima pars ſumitur & percipitur. Albū. n. tum vere percipitur qn̄ pars eius cōprehēditur primo. Itē aliquid mouetur quādo nō omne mutatur, ſed pars eius tota mouetur. Vbi. n. nulla erit pars per quam aliquid enunciatur de vniuerſo cū per partē illi tale congruat nō vere poterit aliquid enunciari primo de vniuerſo quādoquidē per partē (vt dixi) ꝙ enuntiatur, congruere illi videatur. Vt ergo de alus dicimus, ita de his propoſitis ſentiēdum eſt. Si. n. nulla erit tēporis vel rei percipiēdæ ſenſu pars, quam primo ſentiamus, minimè verum dicere, nos ſentire tempus vel magnitudine per ſuas partes, præciſa ſublataq; illa parte (primo) tollitur etiam illud (per aliud) ſed ſi des tempus ſenſui incognitum, vel magnitudo demitur,

illud primo, quoniam quantum temporis cunq; acceperis id omne habebit partes sensui occultas, itaq; nullo modo sentiemus cum non habeamus in quo primo sentire liceat. Similiter vniuersa magnitudo quasdam partes habebit nullo sensu percipiendas, quare nullam aliquā magnitudinem sentiemus, quia vniuersam percipimus, sed propterea quod habet partes sensu percipiendas, igitur neque in tempore aliquo primo sentiemus, neq; primo alicuius sēsum habebimus, itaq; neq; per aliud sentiemus ea, quorum aliquid nō primo percipimus itaq; neq; sentiemus in tempore, neq; aliquā magnitudinem capiemus sensu. Cęterum si tempus aliquod subsistit sensui incognitum vel magnitudo, quæ sensum suapte natura fugiat, nec in tēpore aliquo, primum nec aliquam magnitudinem primo percipiemus quod ostendit his verbis,

Cōte. 73. *Si enim vniuersam molem vniuersumq; tempus aspectus continue percipit sicut in aliqua parte temporis, vel aliquid magnitudinis cernat, si est id magnitudo quadam fecetur pars illa C,B, in qua sentit, itaq; in aliqua huius parte vel aliquid huius sentit perinde ac dicas vniuersā terram intuetur quia hanc eius partem aspicit, & spatio, vnius anni ambulat, quia vere vel æstate ambulat: sed in ipsa secta parte B,C, nihil sentit quenā itaq; aliquid huius A,B, sentit, idcirco vniuersam sentit. Eadem quoque ratio est de A,C. Semper enim in quadam parte temporis vel aliquid magnitudinis sentimus, sed minimè vniuersum tempus vniuersamq; molem.*

Com. 73. Elementis propositum ostendit, idest, nec tēpus fore in quo primum aliquis sentiet, neq; rem sensu percipiendam quæ ideo sentiatur, quia eius aliquid sentitur & non illa per se primo. Concisim admodum hoc videtur ostendere Arist. Sed hæc dicit. Si quoddam tempus subsistit sensui incognitum perspicuum est, vt in eodem sit aliquod tempus sensum fugiens in quo continuè aliquid sentiemus. Itidem si fuerit aliqua pars sensui abscondita alicuius magnitudinis sensu percipiēdæ in illa erit magnitudine quam sentimus & ita tēporis ꝙ magnitudinis quæ à sensu percipiuntur partes erūt sensui incognitæ. Eisdem elementis vtitur pro tempore & magnitudine quæ sensibus comprehēduntur, & in genere fœminino profert rem recipiendam sensu, q̄ accipit magnitudinē. Qn̄do dicit itaq; ī aliquid huius indicat lineam & tempus de quibus demōstrationē facit. Inquit ergo, si enim vniuersum molem, itidē subiungit de tempore dicens, vniuersumq; tēpus continue percipit. Posuit (percipit loco huius (cernit) & pro vniuerso idem tempus cōtinuè, ac si dixisset in aliquo vniuerso tempore, quæ vbi accepit ab eodem tēpore A,B, demit C,B. Nam diximus ea verba. itaq; in aliqua eius parte, vel aliquid huius sentit, de tempore & linea dici. Equidem insinuat per illud verbum (aliquid huius) magnitudinem visam, quæ quō per partē videatur demōstrauit exēplo terræ, & quō tēpus sentiatur per suam partē exēplo anni indicauit. Terrā.n. aliquis intuetur, quia eius aliquā partem videt & spatio anni aliquis ambulat, quia in parte aliqua eius ambulat. Itaq; hæc exempla declarant quid velit per ea verba sæpe memorata. Itaq; in aliqua huius parte, vel aliquid huius, ac si dixisset hæc verba prædicta diximus, ac si diceremus terra cernitur, quia aliqua eius pars cernitur, similiter in ipso anno aliquid diceretur ambulare, quia in aliqua parte ambulat. Si ergo vniuersam magnitudinem sentimus A,B, in ipso tempore A,B, & tēpus quasdam partes habet incognitas sensui. Nam huius sententiæ cōtextus ille qui sic iacet, vt in aliqua parte temporis A,B, sentit, iam habet tempus in quo cōtinuè ponitur aliquid sentiri à quo partes non perceptæ sensu demantur, & hoc C,B, pars A,B, temporis auferantur patet, vt in tempore relicto C,B, reliquę sensu percipientur. Nam nulla pars magnitudinis sentiebatur à tempore sensui occulto, neq; quod est tempori cōnexum in quo sentiebatur sentit: quia in aliqua parte temporis sentit. Nam ponebatur pars A,B, temporis A,C, in qua sentiebatur illud, & nō in tempore obscura verba ipse fecit: quia fœminini generis protulit tempus & coniunxit cum illo terram visam, quia itidem dicendum est de re quæ percipitur sensu, vt de tempore in quo res visa ponebatur, videri habēs partes incognitas sensui, quibus sublatis sit rursus C,B, relicta similiter, & vt eadem sentietur: quia partes incognitę sensui, quando erunt suo vniuerso coniunctæ nihil cōferebant, vt vniuersum sentiretur. Vniuersum ergo A,B, videbatur non per se, sed quia aliquid eius cernebatur & hoc demonstrauit his verbis, vt in aliqua parte temporis, vel aliquid magnitudinis, vbi longitudinem & continuationem temporis dicit, cum dicit in aliqua parte temporis, cū verò subiungit vel aliquid magnitudinis rei visæ magnitudinem dicit. Conclusio ergo est vt datum non sis videre vniuersam longitudinem tēporis, nisi quia aliqua videtur eius pars, neque magnitudinem rei visæ licet videre, nisi quidpiam intuentes eius totam cernere videamur. Si enim ab vtraque magnitudine feces C,B, cum non percipiatur sensu, nihilo minor relicta efficitur neq; illa quæ tēporis est, neq; illa quæ rei visæ erat. Cum hæc dixerit, breuiter nos monet quō scire debeamus quid sit illud ꝙ nō primo cernimus, & quid per aliud, neq; in tēpore primo, sed in aliqua eius parte & id declarat exemplo quia totam cernimus terrā quia partem, & totū ambulamus annū quia partem. Vt.n. de his conclusimus, ita de quocūq; tempore dicendum est, in quo aliquis sentit, & de omni magnitudine, quę sētit, quæ cū loco medij posuisset, accepit cōclusionem per hæc verba itaq; in aliqua huius parte, vel aliquid huius sentit, & cūm assignauit dicendo, sed in ipsa secta parte B,C, nihil sentit. quoniā itaq; aliquid huius A,B, sed in ipsa parte C, B, non sentit, tamē sentiebat in tēpore A,B, quia in parte temporis totam dicebatur magnitudinem sentire. Cū ergo demōstrauit etiā de A,B, tempore ꝙ erat pars temporis in quo videbatur sentiens vniuersam molē sentire in vniuerso tēpore rursus quia in hoc sunt quædā partes occultæ sensui ostendit illis sublatis relictā partem eius sentiri. quare non in vniuerso tēpore, primo sentit, & cū dixerit de omnibus tēporibus, & visis rebus, hoc sentiendū esse hoc indicat dicendo. Semper. n. in quadā tēporis parte, vel aliquid magnitudinis sentimus, sed minimè vniuersum tēpus &c. vel hæc verba significāt, neq; aliquod tēpus sentiri, in quo primo sentiemus, & cum nō fuerit id quod primo inest, neq; erit id quod per aliud inest. Ideo per aliud est, quia illud est quod primo inest, vel quia tēpus hic nō habet partes perceptas sensu, verum est hoc vt aliquid factū in ipso sentiatur, quia in aliqua eius parte sentit. Qđ si hoc verū est semper erit aliquid auferēdū ab eo, & quæ rēdū quō in ipso primo sentire liceat, qn̄ separant partes ab eo que nullo sensu pcipiūtur, quia neq; ponit aliæ q̄dā partes demi. Et qn̄ aliqđ vere dr̄ de aliquo p partē (C est pede opus est.) & ab eodē pōt aliqua pars demi qua dicebat vniuersū tale. Pōt inquā C,B, ab ipso vniuerso tpe A,B, demi, in quo ponebat aliquis sentire quia sētiebat in aliqua parte eius auferēdo eas ī qbus nō sētiebat aliqđ. Neq; etiā fecerint & separat ea in qua sentit aliquid, sed qa ponebat ī vniuerso sētiri id ꝙ fit ī aliqua parte eius. Vel accipiens partē eius, C,B, videt si in hoc primo pōt sentire, deinde dicit nihil posse sentiri sic in parte C,B, tanquā primo. Si.n. sunt tpa incognita sensui, erunt partes hæ C,B, quare & in his sētietur aliquid sic vt in aliqua parte eorū, igit potuimus etiā dicere in ipsi A,B, sentiri aliqđ. Vt de B,C, parte temporis diximus, & de A, C, parte eius dicere possumus, nihil enim in illo tēp

tanquam

tanquam in vniuerso sensu percepto sentitur sed illud in parte eius sentitur. Nam nullum inuenietur tempus in quo tempus in quo aliquis primo sentiat. Semper.n. diuiditur in minora vt lateat id in quo primo aliquid, sentitur. Et esse tpa incognita sensui ostendere possumus quia tẽpus nõ refertur in numerũ eorũ quæ permanent, sed eorũ quæ labuntur. si ergo non permanet præteritum primaq; tẽporis succedente secunda, vt ex his quoddam cõponi & colligi posit sed secundũ quã dã partẽ sensui incognitã labitur, oẽ tẽpus erit incognitũ sensui. Secus dicendum est de magnitudine quia & si aliqua minima eius pars addatur alteri propter paruitatẽ nõ perceptę sensui, quia manent aliquod vniuersum conflabitur ex illis cognitũ sensui, quod ex partibus tpis fieri non põt cũ altera abeat succesśione alterius. Proinde auferatur C,B, in quo sentiebatur idest à tempore in quo sentiebatur, ꝙ auferẽs iterũ demõabit de C,A, sublata itaq; illa parte ab ipso A, B, quia verũ est id in eodẽ aliquo sentiri. Cum dixerit per medium quo dicaf aliquod vniuersum videri propter partẽ & in aliquo tẽpore quia in parte, & fecerit hæc clara per exẽpla subiunxit sed in ipsa B, C, neq; sentit causam dicens cur paulo ante dixit de B, C, Itaq; in aliqua huius parte, vel aliquid huius: Nam quia in B, C, ablato nihil sentitur primo ꝑ illud, & de hoc illud erit dictũ, scilicet, In aliqua eius parte, vt de toto a, b, dicebatur. igitur in aliqua parte B, C, tpis A, B, sentitur magnitudo quę diceretur sentiri in toto C, B, tẽpore. Et cum dicit vniuersã intellige tu magnitudinẽ & lineã. quæ vbi demõstrauit, Eadẽ(inquit) ratio est de A, C, quod erat altera pars, A, B, vniuersi temporis: nihil enim sentietur in ipso primo A, B, sed in aliqua parte. Semper.n. quã accipiemus partem, ex tẽpore vel ex magnitudine vnum aliquid tẽpore sentiemus, & aliquã magnitudinẽ percipiemus, sed omnino aliquã magnitudinẽ vel aliquod tẽpus minime. Hoc enim de omnibus rebus visis dixit. Semper.n. in quadam parte tpis, vel aliquid magnitudinis sentimus, sed minimẽ vniuersum, quę verba indicant, neq; tempus primo esse in quo primo sentiamus aliquid, neq; aliquod sensu cõprehensibile ꝙ primo, & vniuersum sentiamus. si ergo nõ fuerit illud primo, neq; erit quod est per aliud verum, quia quod est primo etiam per se tale est.

Cõte. 74. *Omnia itaque sensu percipiuntur sed non apparent quãta sunt. Solis enim magnitudinem intuemur & quadricubitum eminus aspicimus, sed quantum sit non apparet, sed videtur interdum indiuiduum, & tamen non cernimus indiuiduũ. Sed huius rei causam antea tractauimus.*

Com. 74. Quoniam supra demonstrauit nullã partem rei perceptæ sensu incognitam sensui, quoniam suapte natura talis incognita sensui nulli affectioni subdita esset: Etenim millesima pars milij, non sentitur, & tamẽ eã videt aspectus quando illa est in milio non tamen per se: de hoc etiam mentionem nunc facit dicens, omnes partes rei perceptę sensu comprehensibiles sensu esse, tamen quanta sunt, nõ cernitur principio. Nam quia non necesse est omniũ quęcũq; videntur quãta sint magnitudines videre, immo ex longo interuallo videntur indiuidua quanquam nihil sit indiuiduũ vt dixit. Equidem colores cernit aspectus in corpore, cuius rei causam alibi supra se dixisse testatur, sed nõ de sole cur ita appateat quãuis magnus sit, quia etsi ex longo interuallo aspexeris sola non apparet indiuiduus. Hoc exẽplo vsus est tanquam claro ad ostendendũ nõ oportere vbi videntur visa quædam illico quanta sunt videri. Cur autem partes vniuersi visæ & si videantur in ipso vniuerso quantę tamẽ sunt non videantur, causam tradit suisse supra assignatam, vbi tradidit aspectum nihil quod in vniuerso locetur, per se videre sed quemadmodũ dicebat singulas partes cernimus cũ eo in quo sunt: etsi totũ cernimus, attamẽ nõ singulas partes cernimus per se, neq; quãta sit queq; pars percipitur, quia nulla huiusmodi & quãtecũq; magnitudinis per se cernit. Vel nos reuocat ad memoriam eius quod supra dixit, quoniam quæcunque videntur cum magnitudine videntur. Nam fieri non potest, vt album cernatur sine magnitudine. Si ergo omne quod aspicitur, est quantum, itaq; nihil quod aspicitur erit indiuiduũ. Vbi ergo simul demonstrauit non esse aliquod tempus incognitum sensui, nec aliquam esse partẽ rei comprehẽsibilis sensu incognitam eidem, de qua erat summa eius cura, & studium in pauca confert, quæ demonstrauit his verbis.

Cõte. 75. *Ex his itaque perspicuum est nullum tempus esse sensu incognitum. Sed redeamus ad antedictam dubitationem & videamus plura ne simul percipere sensu valeamus. Simul dico quæ in vno & indiuiduo tempore vna sunt.*

Com. 75. Cum quæ disputata sunt probauisset, orationẽ conuertit ad propositam quæstionem cuius causa multa, quæ dicta sunt interiecit. Quæstio. enim erat vtrum nobis datum esset vno vel pluribus sensibus plura simul percipere, quã quęstionem cum tractauisset probabilibus argumentis probauit id nobis non esse concessum. nunc verò quid sentiendum sit, & quomodo possimus plura simul percipere declarat. Nam hoc euidens esse videtur, & cum iterum quęstionem repetat dicens plura ne simul percipere sensu valeamus, quid velit per hanc particulam(simul) explicat. Simul dico quæ in vno & indiuiduo tempore vna sunt. Adiecit vna ne quis suspicaretur ipsum velle quoddam tẽpus indiuiduum introducere, sed ita vult indiuiduum intelligi, vt idem sit tempus. & vnum eorum quę sentimus, & non diuisum, vt sunt diuisa quę sentimus, vt videlicet vnum sentiamus in hac parte, & aliud in alia sed in toto tempore & vno plura simul,

Cõte. 76. *Primum itaq; num possimus simul plura percipere, verum diuersis facultatibus animæ sic, vt indiuiduum tempus sit totum continuum in quo sentimus, quærendum est. An principio quæ vno sensu percipiuntur vt aspectu sentiantur sic vt alius & alius color alia & alia facultate sensui percipiatur. Quod si ita est plures habebit partes easdem specie. Etenim quæ sentiuntur in eodem collocantur genere. Quod si quispiam nihil prohibere dixerit quin ita in anima duæ sint facultates, vt duo oculi sunt in corpore, quoniam ex his fortasse aliquod vnum fit & eorum opus est vnum.*

Com. 76. Cum supra quæsiuisset an possimus plura simul sentire quoniam hoc perspicuum esse videtur, primum ponit an nobis copia fiat plura simul sentiendi sic, vt simul in eodem tẽpore omnia sed altera & altera animi parte sentiamus quemadmodum diuersi solent percipere diuersa secundum idem. Iterum declarat illud verbum (Indiuiduum) quomodo intelligendum sit, & dicit sic vt indiuiduum tempus sit vniuersum continuum. Cum enim dixisset, simul dico quæ in vno & indiuiduo tempore vna sunt, iterum mentionem facit de illo verbo(simul) his verbis. Primum itaq; num possimus simul plura percipere verum diuersis facultatibus animæ, quia hoc verbum simul significat indiuiduum tempus. Sed quomodo simul, & indiuiduo tempore dicat adiecit, idest est vniuerso tempore in quo diuersa sentimus diuersis animi facultatibus, ꝙ vniuersum tempus dicatur vnum continuum, & non in altero tẽpore vnũ sentiatur, & in altero alterũ. Scribitur hoc etiam modo in indiuiduo. Et si fuerit hæc scriptura quę significet id quod sentimus erit sententia hæc non ita vno quodam sentimus plura simul velut indiuidua eadẽ natura sed velut in toto similiter oĩa. Nõ.n. vna parte & indiuidua animi omnia percipimus sensu, sed velut vniuersũ hoc quod sentimus vno quodam ex diuersis partibus continuo & constituto

Quod verò hoc modo nequeamus plura simul sentire, his verbis deinde ostendit, si plura sentiremus sic, vt alia atque alia animi parte plura comprehenderemus quando plura simul quę sunt eiusdem speciei perciperemus plures partes essent sentiētes similes inter se specie essent. Cum enim res sensu percipiendæ similes specie sint, partes quoque similes specie erunt quę sentiunt. Si enim plures fuerint qui simul conspiciant, & alteto atque altero aliud, & aliud, plures erunt aspectus partes, id est plures sensus, & aspectus plures similes inter se specie, quia res subiectæ illis sunt similes genere inter se. Omnia enim aspectabilia sunt. Idē.n. est sensus eorū, quæ sunt in eodem genere. Cū ergo probauisset per ea quæ eodem percipiuntur sensu reliquum absurdum si quis assereret nos diuersis partibus animæ plura simul sentire, & deinde insistit quæstioni dicens, si quis plura videret, & diuersa plures essent aspectus species similes, subiungit deinceps. Quòd sit quispiā nihil prohibere dixerit, quin ita in anima duæ sint facultates, vt duo sunt oculi in corpore idest si quis contenderet vt per plura instrumenta cernēdi aspectus plura similia specie videt, quandoquidem per duos oculos cernamus, ita animum multis facultatibus specie similibus vti quibus sentimus ea, quæ sunt similia specie. Hæc interiecit tanquam ea, quæ ad quæstionem tollenda dici possent, sed hæc confutat dicendo nō esse similem comparationem cum dicit. Quoniam ex his fortasse aliquod vnū fit, idest ex aspectibus, & vna erit actio amborum. Vnius enim numero erit amborum comprehensio & simul. Adiecit illud (fortasse) quoniam nihil de hoc hactenus certum est.

Cõte. 77. *Ibi autem si vnum ex ambobus fit, illud erit sentiēs. Si verò seorsum, non similiter se habebit.*

Com. 77. Ostendit non esse itidem dicēdum de geminis oculis, & de pluribus facultatibus animæ. Nam & si duo conditi sunt oculi, attamen quoddam vnum fit, ex eis, quia vnus est sensus, & vna actio, quæ per oculos agitur, quocirca vna erit animi facultas, sed si vnum fuerit, quod pluribus facultatibus agat, & circa vnum erit vtriusque actio & vna illud erit sentiens quod operatur vna actione amborum, & ita nullum est absurdum Vnius enim vna est facultas quæ per plura sentit, vt de oculis diximus. Quod si hoc negatur, quæstio erit quomodo plura vna vis sentiat, quod si diceretur singulos sensus aliqua sentire, non erit similis comparatio Nam oculorū qui plures sint vna est actio vnusq; sensus, sed si plures sunt facultates animi, plures sunt earū sensus. Etenim cuiq; facultati dabitur proprius. obscura est oratio Aristotelis propterea quod copulanda sunt hęc illis verbis quę dicebant, videlicet non similis est comparatio qua illi vsi sunt.

Cõte. 78. *Præterea ijdem sensus plures erunt perinde ac quispiā scientias differentes diceret. Neq; enim actio sine sua facultate erit, sine qua neque sensus subsistit. Quod si hæc sentiuntur in vno, & indiuiduo tempore compertum est etiam alia sentiri posse. Nam hæc simul plura citius sentiri queunt, quàm ea quæ sunt genere diuersa.*

Com. 78. Cum interposuisset nō posse plura ita sentiri simul, vt pluribus & facultatibus & instrumentis sentiendi comprehendantur quemadmodum de oculis dicebatur, redit iterum ad quęstionem, & absurdum ostendit sequi quod iam indicauit. Si enim pluribus facultatibus simul animus plura sentiret, quæ sunt genere eadem, plures profectò haberemus sensus, & facultates comprehendendi, vt plures aspectus, idq; perinde ac diceret aliquis nos plures habere scientias eiusdem rei: Nam eiusdem vna est scientia, ita & sensus vnus, sed cur haberemus sensus, subiungit. Neq; enim actio sine sua facultate erit, neq; sine hac aliquis sensus erit, si enim plura conspiceremus, patet nos etiam agere plures actiones. Sensus enim nequit agere sine propria, facultate, quare quando plura cernimus, plures actiones simul agemus, si plures exercebimus actiones, itaque plures sensus pluresq; facultates habebimus à quibus prodeunt diuersæ actiones, & diuisę, itaq; plures facultates cernendi habebimus: itidem de cęteris sensibus dicendum est. Cæterum animaduerte non idem dici nunc bis verbis. Præterea ijdem sensus plures erunt, vt prius dixit, primum itaq; num possimus &c. Cum ergo dixit primum nunc addit secundum. Præterea dicēs ijdem sensus plures vnius erunt, vt qui per primum demonstrauit si plura simul cerneremus, animam plures habere partes si plures & facultates oportere, per secundum ostendit actiones esse plures. si.n. plures simul res cernendas percipiemus plures simul erunt actiones, si enim plures facultates comprehendendi aspectabilia fuerit propria actione obiectū sensibus comprehendent. Sine enim actione non fit sensus, quare simul vnius erunt actiones quibus comprehenditur aspectabile, sed plures simul sese mutuo destruunt. Primum ergo assumpsit absurdum in quod incidit opinio, idest plures partes esse animi, pluresq; facultates sensuum specie easdem, eodem modo plures esse videndi & audiendi facultates, nunc autem annectit etiam demōstrationem quomodo sint plures & ostendit nos habere plures sensus qui eadem sentiant simul, præter absurdum addidit exemplum scientiarum. Nequeunt enim plores esse scientię eiusdem secundum idem, vt secundum idem agere dicamur, sunt enim multæ cōtēplationes multaq; genera actionum, sed rerum diuersarum, quoniam etsi trianguli cognoscimus tres æquales esse angulos, idq; non minus congruere triangulo ęqualium laterum quam scaleno attamen aliter triangulo conuenire, & aliter speciebus eius scimus. Cæterum cum dicit. Quod si hæc sentiuntur in vno & indiuiduo tempore hæc dicere vult, enim animus vno & indiuiduo tempore plura simul varia obiecta sensuum differentibus animi partibus, & facultatibus comprehendit, perspicuum est, vt etiā plura simul specie similia sentiat. Est enim consentaneū magis, vt plura similia specie simul percipiemus quemadmodum supra dictum est nobis quam ea, quę sunt genere dissimilia. Qui ergò hoc absurdum admittunt, labuntur in aliud idest coguntur fateri nos habere plures easdem facultates. Sic enim scribitur. Quod si hæc in vno & indiuiduo tempore sentiuntur, & hæc series verborum clarior est, sed de his obiectis dicit, quæ diuersis animæ facultatibus ꝗ sensibus comprehenduntur. Primum ergo ostendens fieri non posse, vt plura simul sentiamus tollit argumento à maiore, nunc autem à minore conuertendo demonstrauit, si enim quę multo minus datū est nobis plura sentire simul percipimus. (Hoc namq; erat positum sub eo nos simul posse pluribus sensibus agere, & simul pluribus facultatibus sentire) itaque quæ magis simul plura sentire possumus sentiemus. Quid sequatur ab surdi, ex hoc ostendit, quia plures sensus, & plures facultates sentiendi habebimus, quod fieri nequit. Plura enim similia specie simul sentire nobis datum non est. Sed notior esset hoc modo contextus. Si enim illa in vno & indiuiduo sentiuntur. patet etiam, vt hæc sentiantur, vel hoc modo, si hæc in vno & indiuiduo sentiuntur, idest si hoc ita se habet, & virtus sentiendi in vno & indiuiduo tempore obiectorum. quæ diuersa sint genere diuersis partibus, & facultatibus capax erit Cum enim interposuisset res dissimiles genere sensu percipiendas, redit ad id quod proponebatur, patet vt sentiamus multo magis, ea simul quæ sunt similia specie. Confiteamur vt facilius quæ sunt similia specie, simul

ſimul plura nos poſſe percipere, quam ea quę ſunt diuerſa genere, ſed illud abſurdum quod ſequitur ſub ſilentio præterit. Prædixit enim quod ſi plura ſimul percipimus plures habebimus ſenſus, & plures aſpectus quando plura aſpectabilia comprehendemus. ltē plures auditus, ac reliquos ſenſus ſimiliter, item quot erunt ſenſus, tot erunt & facultates, & actiones. Verū illa ſcriptura mendoſa videbatur, quæ interrogationis modo ſcribebatur: ſed cenſeo ſic legendum eſſe. Si quiſpiam in vno & indiuiduo tempore non ſenſerit, perſpicuū eſt, vt neque alia ſentiantur, & oratio hæc aperta erit, & conſentanea congruensque his quæ ſupra tractata ſunt.


Côte. 79. *Si vero alia ſui parte dulce, alia verò album ſenſerit anima, aut ex his vnum quoddam erit, aut non vnum ſed tamen neceſſe eſt vt vnum ſit: Pars enim cui datum eſt ſentire vna eſt.*

Com. 79. Poſuit varijs animum partibus ſentire ea quæ genere diſcrepant, annectit nunc proinde dicens. Si verò alia ſui parte, & alia, &c. ſeſe itaq; conuertit ad diluendas dubitationes & oſtendit vim vnam eſſe quæ capax ſit omnium obiectorum, & ſi quonam modo vna facultas queat plura ſimul & differentia obiecta comprehendere volumus ſcire, nos remittit ad librum de anima, vbi de hoc diligenter diſputatum eſt. Cum ergo alia parte, & alio inſtrumento animus ſentit dulce, & alia album ſed non diuerſa obiecta eadem parte cōprehendit, perſpicuum eſt vt ſingula obiecta ſenſibus capiantur differentibus partibus. Quærit porrò vnū nequidpiam ex his facultatibus fieri & tēperari queat aut vnaquęq; facultas harum partium ſuum comprehēdat obiectum & fieri minimè vnum poſsit ex illis. Quod enim ex illis fit vel vnum eſt, vel minimè, quibus verbis ſignificat aut vnū ſit ſubiectum & compoſitum ex diuerſis facultatibus ſenſuum, aut non vnum ſed plura, quibus adiungit aliud diuiſionis membrum, videlicet neceſſe eſt vt vnum ſit, quia pars cui tributū eſt munus ſentiendi vna eſt, & non plures & dudum ipſe demonſtrauit in commentarijs de anima quod ſi non eſſet vna ſentiēdi facultas qua omnia ſenſibus ſubiecta comprehendimus, neq; poſſemus cognoſcere diſcrimen eorum & differētiam, quæ mutuo diſsident, ſed ſic ſentiremus obiecta perinde ac alter hoc ſentiret obiectum, & alter aliud. Quemadmodum enim qui diuerſa ſentiunt conſenſum non habent, ita nos ſi plura quibuſdam diuerſis partibus ſentiremus nō poſſemus offerre iudicium de his quæ inter ſe diſſentiūt. Itaq; quædam ſubſiſtat vna facultas oportet cui datū ſit ea diſcernere cui etiam conceſſum ſit plura ſimul percipere quando eadem velut diuerſa ſentit. Cum ergo accepiſſet vnius animæ vnam eſſe partem, quæ cōprehendat plura ſimul quærit.

Côte. 80. *Cuius ergo illa vnius erit? Nihil enim ex his vnū oritur Neceſſe igitur eſt vnum aliquid eſſe ipſius animæ quo quæque ſingula (vt dudum diximus) ſentiat. Sed ſentiat vnum genus per aliud. Vtrum ergo vt eſt aliquid indiuiduum actu, ita ſit aliqua vna facultas ſentiendi dulce & album, ſed cum actu diuiſum fuerit alterum ſit, quærendum eſt.*

Cum. 80. Cū probauit vnam eſſe vim ſentiendi, dubitat cuius erit vnius illa vis & facultas ſentiendi & comprehendendi. Nam ex his, quæ ſentimus diuerſis animę partibus vt dulce, album & odorem ac ſingula cætera obiecta diſsimilia genere non poteſt fieri vnum, quoniam mutuo temperari miſceriq; nequeunt facultates ſentiendi, neq; obiecta quæ ſentimus, quod ſi poſſent facultates in vnum redigi, & ſenſuum obiecta ſimiliter ſub vnam caderēt naturam velut aſpectabilia ſub vna natura ſentiendi, ſimiliter & quæ audiri poſſunt & alia obiecta, cum ergo hęc vocaſſet in dubium ſubiungit.


Neceſſe igitur eſt vnum aliquid eſſe ipſius animę, quo omnia percipit, ob id hoc dixit quia neceſſe eſt vt vna ſit pars qua omnia obiecta percipiamus, ſed aliud genus per ſuum inſtrumentum. Cæterum addit quomodo eſt alicuius vnius vis ſentiendi & vnum ſubiectum & cuius corporis capax. Sunt enim varia ſentiendi inſtrumenta, quibus fit comprehenſio, ex quibus vnum fieri nequit, quæ vbi dixit non refert eà verba, Cuius ergo vnius erit? ad inſtrumenta, ſed ad facultates, quia eſt quædā vna pars animæ qua omnia ſentimus. Quo modo dicat indiuiduum ſupra explicatum eſt, aut nos remittit ad ea quæ diſputata ſunt de anima, ibi enim demonſtrauit vnum eſſe id, quod omnium obiectorum eſt capax, quocirca etiam differentiam & diſsidiū eorum iudicat. Item demonſtrauit quale ſit & eſſe vnū aſſeruit tanquam terminum, & ſignum punctum, ac terminum plurium linearum. Vt enim is terminus vnus eſt, atq; non vnus, ita illud eſt vnum, vt indiuiduum quo ſentimus, ſed quatenus plura diuerſa ſimul percipit, non vnum eſt, plurium enim ſimul eſt terminus. aut ergo nos remittit ad hæc, aut ad prędicta, quoniam oportet, vt ſitum in nobis ſit vnum quod ſentiat ſi enim alius & alius ſenſus aliud & aliud ſentit, ſequentur abſurda quædam. itaq; vnum numero ſentiens ſit neceſſe eſt, quod diuerſis & partibus & inſtrumentis iudicet diuerſa, vtitur porrò his quæ in commentarijs de anima demonſtrauit dicendo. Vtrum ergo vt eſt aliquid indiuiduum actu ita ſit vna facultas ſentiendi dulce & album. His enim verbis oſtendit quomodo cum vnus ſit ſentiens quæat plura diuerſa ſimul ſentire. Qua enim accipit & iudicat, & vnus eſt indiuiduus terminus omnium ſentiēdi inſtrumentorum actu & ſuapte natura vnum aliquid eſt & indiuiduum & eſt capax omnium obiectorum, quę à quinque ſenſibus percipiuntur, ſed quando diuiduus erit, actu eſt, & quando exercebit actiones cæterorum ſenſuum diuidetur, & plura erit, quatenus ergo erit vnum ſubiectum, erit



idem omnium obiectorum capax & iudex, qua verò fungitur functionibus cuiuſq; ſenſus plures erit ſenſus, & quomodo factus plura & diuerſa capiat ſimul & de hac opinione diſputauit in libris de anima accepit autem illud, vt diuiduum, quia vt plurium accipitur. Nam omnium inſtrumentorum ſentiendi ſimiliter exiſtens terminus quando actu agit per plura inſtrumenta ſentiendi tanquam diuiſa & plura accipit, ſed qua ſit ſimul plurium terminus idem, & in inſtrumentis per plura agit, hac ratione & vnum ſimul ſentiet plura, & genere diſsimilia. Nam idem eſt vnum & plura, vt in orbe centrum, quo vnum eſt ſubiecto ſed plura tum maximè quando velut terminus ſumitur linearum, quæ ad rotundam lineam ducuntur. Ibi ergo primam ſolutionem dubitationis attulit, quam etiam libro de anima adduxit deinde ſecundum adhibet, quam etiam in libro antedicto poſuit. Hæc opinio Platonis.

Plato

Plato in Theæteto.



Aristoteles.

Cōte. 81. *An quemadmodum de rebus ita de anima dicendum sit.*

Com. 81. Sententia est vt de corporibus & subiectis sensuum dicitur quia vnum & idem corpus numero plures affectiones fert. Nā pomū vnū numero simul dulce, flauū aut album & odoriferum est quanquam hæ affectiones mutuo dissideant, & diuersis sensibus capiantur an ita de anima dici queat quę cum vna sit capax sit plurium & diuersorum simul ac iudex, quia plures facultates habet. Cum ergo ostendat vnum esse subiectum quod habet plures affectiones simul inquit.

Cōte. 82. *Album & dulce numero vnum atq; idem sunt & alia plura similiter Si enim affectiones mutuo seperari nequiūt licet cuiusq; ratio ab alterius ratione differat, itaque de anima itidem dicendum est, quæ & eadem numero omnium sit capax, licet aliter & aliter capiat & alia sit ratio eorum quæ generē differunt, & quę specie. Quamobrē vno & eodem sentiet, sed ratione eadem minimè. Cæterum omnem quod cadit in sensum habere magnitudinem & indiuiduam non posse sentiri perspicuum est. Vnde enim videri non potest & infinitum interuallum est, sed vnde videtur finitum. Similiter odor sonus, & quæcunque non tangendo sentimus. Est porrò interualli quoddam extremum vnde non cernitur & primum vnde conspicitur, & hoc indiuiduum esse necesse est vltra quod non est sentire, sed illud quod ei adhæret sentiri potest. Si ergo aliquod indiuiduum sentiri potest quando in extremo situm fuerit vnde postremum non sentietur & primum sentiri poterit, illud absurdum sequetur vt idem videri, ac non videri queat, quod fieri non potest. Itaq; de instrumentis sensuum, ac de his quæ in sensum cadunt quonam se habeant modo communiter & sigillatim dictum est nobis. Reliquum est vt de memoria, & recordatione disseramus.*

Com. 62. His dicit & ostendit affectiones vnius & eiusdem numero non sic se habere vt quia nulla solitaria separataq; ab altera esse potest, iccirco sunt eædem inter se Etenim & si separatæ non sunt, at hæc tamen habent rationes diuersas, & quorū ratio est diuersa, natura quoque est diuersa, & hoc modo affectiones & earum subiecta differunt. Itidem dicendum esse de anima inquit sensitrice, quæ cum sit eadem atq; vna subiecto & numero quia vnius est actus, erit omnium quæ sunt subiecta sensibus capax, licet secundum rationem & potestatem, & naturam differat, vt sunt diuersæ facultates in ea, & aliquę genere differant, & aliquę specie, quemadmodum etiam sentiendi instrumenta differunt sentiēdi. Colores enim discrepant specie, colores autem & soni genere. quare anima erit vna subiecto sentiēs omniam, & sæpissime plura simul suscipiens, idest iudicans, sed ratione & natura non eadem, quia alia est ratio facultatis quę capit colorem, & alia eius quę percipit sonum, vel saporem. itaq; is sensus comprehendit plura, & differentia secundum diuersas rationes & facultates, quod quidem non eo dicit vt idem sensus referatur ad diuersa, modo ad sonum, modo ad colorem, vt Stoici qui dicebant partem principem hominis, modo conuerti ad hoc, modo ad illud. Si enim hoc modo se haberet sensus minimè posset plura simul sentire, sed hoc vult, quia is sensus cum sit vnus subiecto habet plures & differentes inter se facultates, quibus possit plura exercere simul. Quinetiam hoc magis si vnus numero posset plura esse ratione & facultatibus, sed quomodo simul contraria sentit. Nam licet vnus subiecto simul plures effectus possit percipere, haud tamen contraria poterit. Non enim quia pomum simul dulce & album est, iccirco simul erit albū, & atrū vel dulce, & amarum, ita dicendum est de sensu. quare neq; illud verum est, quod antea diximus, sensum videlicet magis posse percipere ea quę sunt eiusdem generis, quam quæ sunt diuersi generis. Nam aliquid minus est capax contrariorum simul quam eorum quæ nullum habent commune, sed si non simul contraria percipimus, neq; cōtraria iudicabit is sensus, siue quę aliquid percipere non potest, neq; eorum differentiam discernere valet. Est enim memoriæ munus & nō sensus separatim aliqua retinere vt libro de anima expressimus. nisi sensus etsi videtur effici quando afficitur, ipsum tamen iudicium est eius. Quocirca contraria in affectione consistentia differunt ab his contrarijs, quę versantur in iudicio. Nam in affectione contraria sunt album, & nigrum, sed in iudicio nec albi iudicium aduersatur nigri iudicio quando aliquid iudicatur album vel nigrum. Nam hæc iudicia sunt simul vera, & non possunt contraria iudicia simul esse vera. Contrarium itaq; iudicium albi non est illud nigri iudicium, sed illud quo iudicaretur albū esse nigrū, ideo hæc simul esse nequeunt in iudice sensu sed illa iudicia albi, & nigri simul manēt in eadem sede, quoniam nō sunt contraria. Cum tamen corpus afficitur non potest contrarijs affici, neque instrumentum sentiendi in quo est anima nisi secundum aliud & aliud instrumentum vt sit in oculis & in speculis quibus secundum aliam & aliam partem contraria percipimus. Hæc secunda solutio quæstionis à prima differt, quia in illa accipiebatur anima sentiendi non vna numero solum, sed etiam facultate, sed in hac sumitur vna numero, sed minimè ratione vna. Sed quemadmodum corpora subiecta se habent, & res, ita & anima. Esse.n. possunt illa in vno quodā numero subiecto plura quadam ratione & differentia. Cum ergo ostendisset quo modo possimus plura sentire, deinde ostendit nihil quod sentitur indiuiduum esse, immò quodcunq; sentitur habere magnitudinem & diuidi posse, qua sententia eo dudum loco vsus est tanquam vera & concessa vbi dixit de diuisione affectionum, quę in sensum cadebant, & de magnitudine solis. Inquit porrò quod sentitur omne habere magnitudinem, & patet quod sensu capitur, non esse indiuiduum. Est autem argumē tum quo vtitur huiusmodi. Accipit euidens & p se notum, hoc videlicet nullum quod sensu capitur per medium à quouis interuallo, & qua distantia cunq; percipi sed esse certum interuallum quo quicquid cernitur cerni pōt, & q auditur audiri pōt, & quod odoratur odoratum mouere queat. Il enim sensus per medium efficiuntur. Gustatus autem & tactus non per mediū fiunt extrinsecum, neq; per tantum interualli sentiunt sua obiecta, sed tangendo percipiunt ea. Vnde ergo non percipimus interuallum quoddam sensu compre hensibile immensum est, & penè infinitum. Si enim vnde cępimus non sentire augeamus interuallum sem per nos remotiores facti, & continuè quod percipitur sensu remouetur, adhuc magis idem non sentiemus. Infinitum hoc loco dixit quod immensum est, & non definitum.

definitũ.quoniã ergo euidens eſt & cõceſſum aliquod eſſe interuallũ quo poſſumus ſentire aliquid & aliquod quo nequimus ſentire pſpicuũ quoq; eſt vt ſit aliquod vltimũ eius interualli quo cernitur id ꝙ ſub aſpectũ cadit. Rõnẽ ergo adducit de his quæ cerni poſſunt, quoniã vbi fuerit cõcluſum aliquid æquè de cæteris oſtenſum erit qua per mediũ cõprehẽdẽtur. Eſt itẽ primum vnde incipientes reliquũ nõ percipimus obiectũ, ꝙ ſi negaueris hoc primũ, vnde nõ videtur aſpectabile, itaque per vniuerſum interuallũ cernetur obiectũ. Sed euidẽs eſt per tãtũ interualli aliquid cerni poſſe, & cerni non poſſe ꝙ primum eſt à quo cernitur. itaq; aliquid ꝙ nõ videtur neceſſe eſt, vt ſit indiuiduũ ꝙ etiã ipſe accepit tanquã euidẽs, quia quæ nõ ita ſe habẽt ꝙ eſt terminus, & extremũ, eſt huius principiũ & primũ. Oſtẽditur hoc modo. ſi.n. diuiduũ eſſet, non eſſet primũ, neque vltimũ recte acceptũ. Nã diuiſio intermedij, & additio partiũ eius vtriq;, & primo, & vltimo indicio eſt vt neutrũ recte ſumatur & primũ & extremũ. Si enim diuidamus inter mediũ & addamus vtrique nihilominus idẽ habebimus vt prius ſic, vt ꝙ ex eodẽ interuallo nõ viſum tum non videri nequeat quando vltimũ erat à quo videbamus ante additionẽ ſumptũ. neq; primũ à quo nõ videbamus. Vltimũ enim aſpectabile illud eſt, quod per maius interuallum nõ videtur, & primũ aſpectabile ꝙ per minus interuallũ nõ eſt aſpectabile. Cũ hæc ita ſe habeant ſi medium erit diuiduũ inter id à quo primo non videtur, & id vltimũ à quo videtur. Eo enim quod propoſitũ ex diuiſione vltra partẽ eſt, adhuc videri poterit, & ſi idẽ interuallũ nõ ſeruabis ob vltimo erit aſpectabile viſum. Etenim ex maiore interuallo erit viſum, ꝙ ſi addito illo quod videri nequid addas partes eius, adhuc ſeruabis illud ꝙ cerni nequit, & iterum ſublato interuallo primũ videri non poterit. Etenim à quodam ſpatio ante idem non videbatur: ſimiliter ſi altero eorũ vniuerſum addaẽ & ſeruetur, idẽ ſimile nõ erit ante additionẽ rectè acceptũ. Vel vltimũ dicas à quo videmus, vel primũ à quo nõ videmus. Quia.n. ei ꝙ nõ videẽ addiẽ maius interuallũ faciet eius ꝙ extremũ aſpectabile eſt & eius primi accepti ꝙ cerni nequit minus interuallũ faciet, itaq; indiuiduũ neceſſe eſt vt ſit interuallum inter vltimũ à quo cernimus, & primum à quo nõ cernimus. Et poſt hęc demoſtratione vtens oſtendit nullum ſenſu comprehenſibile eſſe indiuiduum, & vtitur cõcluſione probata. Si enim põt eſſe indiuiduum, eſto aliquid huiuſmodi. Hoc porrò poneretur in ipſo indiuiduo interualliẽ inter vltimũ aſpectabile, & primum non aſpectabile, & ita adæquabitur illi, & adæquatum illi videbitur, & nõ videbitur. Nam quia eſt in termino & vltimo aſpectabilis videbitur, quia deinde eſt in principio nõ aſpectabilis non videbitur. Si.n. aliquis cerneret per quoddam interuallum per quod viſum eſſet primũ aſpectabile indiuiduũ ſimul idem videret, & nõ videret, quoniã ponitur in vltimo interualli obiectũ in quo videri nõ poterat tũ cerni nõ põt, & quia eſt in primo interualli ꝙ videri põt videbitur neq; videbitur cum vltra principiũ interualli poneretẽ a quo erat videre nõ viſũ, ſed quæ ponunẽ vltra tale principiũ nõ poſsunt cerni. Nã indiuiduũ nõ põt cerni. itaq; quia ponitur ultra tale principiũ interualli aſpectabilis nõ videbiẽ. Neq;.n. eſſet viſum vltra tale principiũ, ſed quia ponitur in vltimo & fine interualli viſi cernetur. Si ergo nihil põt eẽ aſpectabile, & nõ aſpectabile ſimul ſecũdum idẽ, itaq; nõ poterit alqđ indiuiduũ aſpectabile eſſe. Quod ſi diuiduũ erit alıqd eius cerni poterit, Superficies oĩno vltimi videri põt, neq; adæquaẽ indiuiduũ diuiduo & alterũ ẽ nõ aſpectabile, ꝙ.n. vltra aſpectabile eſt cerni nõ õpt. Hoc.n. erat id ꝙ erat ĩ primo nõ aſpectabili & vltimo aſpectabili in vltimo aſpectabili poſita cernũtur quę vltra hoc ſunt, nõ cernuntur & ſunt indiuidua, ꝙ fieri nequit Ipſe etiam contra vſus eſt interuallis. Vltimum dixit interualli vnde incipit aſpectabile & nõ videtur poſtea. Sed videtur nõ poſſe vltimum ſumi eius à quo videtur, ideo dixit & ipſe in eodem, eſt.n. vnde nõ videretur infinitũ interuallũ, illud à quo videẽ primũ eſſe propinquũ aſpectui, vltimũ, poſt ꝙ ab ipſo interuallo nõ videtur. Sed aliter alijs videẽ Ariſt. demoſtraſſe quia probabiliter putãt demoſtratũ. Non.n. oẽ aſpectabile ab ęquali diſtãtia cerni põt, ſed propinquũ videtur, & remotũ minimè & remotũ vt aſtra cũ ita ſe habeãt hæc qũo aliquis definiret vltimũ interualli à quo nõ videntur aſpectabilia, vel primũ à quo videntur vel ſic maximè quædã videntur per lõgũ interuallum, quædã per breue, ſed erit cuiuſq; terminus diuiduus poſt quẽ nõ põt cerni. Sed quæreret quiſpiã qũo nõ oñdit ex his aliquã partẽ cõtinui indiuiduã eẽ. Nã illud ꝙ eſt mediũ inter vltimũ aſpectabile & primũ, indiuiduũ erit. Niſi oporteat cẽſere ipſum nõ ſimpliciter aliquod indiuiduũ oſtendere, ſed indiuiduũ quo ad ſenſum, & oſtendit nullum tale ſenſum poſſe ſentire quod nulla magnitudo ſit indiuidua alias demoſtrauit pluribus argumentis. Itaq; intelligẽdũ eſt oẽm magnitudinẽ, quæ percipi ſenſibus põt diuiduã eſſe, & nihil ſenſu cõprehẽſibile eſt indiuiduũ, vt diximus. Qđ autẽ ſenſus ſentiat indiuiduũ oſtẽdiẽ, quia interuallum eſt indiuiduũ quo ad ſenſum. quia ſi eſſet diuiduũ, vel videret aſpectus illud vel nõ videret, & ſic tollerẽtur prima interualli à quo aliquid videtur, vel extremum à quo non videtur aſpectabile, vel non neceſſe eſt interuallum inter id à quo videtur, & id à quo non videtur. Nã ſic ſe hñtium neceſſe eſt, vt vnius ſit principiũ & alterius vltimũ. ſi.n. interuallũ eſt cõtinuũ in quo extremũ eſt interualli eius à quo videtur viſũ & à quo incipit nõ videri patet vt aliquẽ terminũ habeat cõem qui vinciat vltimũ aſpectabile, & primũ nõ aſpectabile, immò idẽ ambo erunt, huius ſanè terminus, & huius principiũ cũ ſit medius terminus indiuiduus, hmõi eſt terminus quo cõtinua continuãtur, vt eſt interuallũ per ꝙ viſa videntur, & nõ videntur, erit ergo in ambabus partibus interualli aſpectabilis, & primi aſpectabilis aliquid terminus huius, & principiũ alterius in quo poſitũ fuerit indiuiduũ ſenſu cõprehẽſibile adæquabitur eidem, & erit idẽ in ambobus, quatenus erit terminus rei aſpectabilis videbitur, qua vero initiũ nõ aſpectabilis nõ videbitur, & ita ſimul videtur & non videtur, quia non eſt in termino aſpectabilis non videtur. ſunt.n. viſa hæc, & quia non vltra milium vltra quod non videntur viſa non eſt videbitur. Eſt.n. aſpectabile qua in vltimo eſt, non aſpectabile, quia vltra eſt. Cæterũ hæc contra Diodorum vel aliquem alium tractauit qui de indiuiduis ſermonẽ fecerit, & vtebãtur interrogatione male, ſed qui ſecuti ſunt eos nõ vtebantur recte argumento, quamuis inuentor vſus ſit recte. Demoſtrauit Ariſto. per hæc quo ad ſenſum nihil indiuiduũ eſſe, ſed non demõſtrauit non eſſe in rerum natura perinde ac oſtenderit nullum comprehenſibile ſenſu indiuiduum eſſe, quia interuallum inter vltimũ & primum ſenſu comprehenſibile, non eſt indiuiduum, quia e[illegible]cõtinuum termino continuatum. Nulla item corporis pars nequit eſſe indiuidua, ſiue corpus ſenſu, vel non comprehenſibile ſit, de quo vtebãtur paralogiſmo & cauilloſa ratione, ſi quidem corporis pars eſt corpus, ideo in illis neq; poteſt eſſe maximũ non comprehenſibile ſenſu, vel minimum comprehẽſibile ſua pte natura, quia oportet indiuiduum eſſe tale, ſed omne diuiduum eſt, vbi ergo hæc demõſtrauit breuiter, quę tractauit in hoc Libro colligit & commemorat, deinde mentionem facit de his quę illico hunc librum ſequuntur, ideſt de memoria & ſomno.

Finis Commentarii Alexandri in Librum Ariſtotelis de Inſtrumentis ſenſuum, & ſenſibus.

SCOLIA MICHAELIS EPHESII IN ARISTOTELIS LIBRVM de Iuuentute & Senectute, vita & morte.

CONRARDO GENESRO TIGVRINO MEDICO INTERPRETE.

Michael Ephes. Quæ, & quo ordine hoc libro contineantur.

POST Librum de longitudine, & breuitate vitæ, hunc de senectute, ac iuuenta Aristoteles ordine proximum fecit. Longæuũ enim comitatur senecta, vt iuuentus id quod fugacis æui est. Hic igitur tractat idipsum quod pollicetur de senio inquam, & iuuẽta. Itẽ de respiratione, cuius functio plurimis animaliũ ad vitã est necessaria.

Argumentum præsentis libelli.

1 Primum autem ostendit, insitum esse cordi animalis principium, atq; facultates vnde sentimus, alimur, & augemur.

2 Deinde quod tam plantæ, quam animalia refrigerio opus habent.

3 Quod nam satis sit plantis.

4 Refrigerationem animalibus, aut ab aqua, aut ab aere dari.

Sequentia in libro de respiratione habentur.

5 Deinde contradicit Anaxagoræ & Diogeni, de respiratione loquutis: item Democrito, & Platoni, & Empedocli.

6 Refrigerandi causa respirationem fieri.

7 Exanguibus ipsum continentem ad refrigerium sufficere.

8 Aquatilium aliqua refrigerandi se gratia humorem recipere, alia non ideo, vt delphinus, polypus, sepia, & alia quædam: sed necessario, quia in humido nutrimentum accipiunt.

9 Plurima attracto aere refrigescere.

10 Refrigerationis causa pulmonem habere ea quæ quidem habent.

11 Postea refutat Empedoclem, qui calidos esse pisces dixerat.

12 Deinde docet quid sit generatio, quid vita, quid mors, & quare animalibus ista contingant.

13 Item quid iuuentus, quid senectus.

14 Quamobrem quędam in aqua, quædam in aere suffocantur.

15 Quot & quæ sint cordis motiones, & quare fiãt.

16 Postremo, quonam pacto respirantia hauriant aerem, & aquatilia aquam, felicissimè declarat.

NVNC differendum est nobis de iuuentute & senectute, vita & morte: pariter vero etiam de respiratione causas opus fortasse fuerit exprimere, præsertim cum animantium quædam huius munere vita fruantur, secus, priuentur. Cæterum quoniam de anima alibi definitum, est & quanuis constat essentiam eius nullo modo esse corpoream, nihilominus tamen in aliqua corporis parte ipsam residere certũ est eaq; nobili & primaria, alias quidem animæ siue partes siue facultates, utcunq; appellanda sunt, in præsentia non attingemus. Eam vero partẽ, à qua tũ nomen suũ, tũ vitã animalia capiunt, in illis quæ nacta sunt vtrũq; (idest, & vt animal sint, & vt viuãt) vnã & eãdẽ esse oportet, quæ tũ viuunt, tũ animaliũ nomine insigniũtur. Quãdoquidẽ animal quatenus est quod audit haud fieri potest quo minus viuat. Quæ verò viuit, ea ratione animal esse, non sit necessarium. Si quidem plantæ viuunt quidem, at sensus expertes: cum sensus animalia à non animalibus secernat, Numero igitur opus est omnino vnam ac eãdem hanc esse particulam, essentia verò & ratione, plura & diuersa esse nihil obstat. Neq; enim idem est animal esse, ac viuere.

Dictionem fortassis philosophica & cauta ratione appòsuit. Necessarium autem est de respiratione verba facere, cum nonnulla animalium respirationis merito vitam agant: & nisi respirent, eandem amittant. Quare cognoscenda est respiratio, quænam sit, & quonam modo vitæ causa. Porrò quod animæ sedes sit in corde, cuius principalis est facultas præ alijs partibus (est enim cor principium aliarum partium, quod & ipsemet hic innuit ita scribens: eaq; nobili quapiã & primaria ad reliquas) demonstratum est in opere De animalium generatione: veruntamẽ etiam hic paulo post dicetur ac demonstrabitur. Quod aũt & nutritiua vis, per quam viuimus, & sensitiua, per quam animalia sumus, vnum ac idem subiecto sint, etsi ratione diuersa, etiã ipse Aristoteles in orationis progressu clarum faciet: Sed & nobis nonnihil adferẽdum est, ex eis quæ alibi super hac re disputata sunt.

1 Primum itaq; nutriendi facultatem in corde locari patet, Etenim si vitæ materies est calor & humiditas, vti prædiximus, talis autem est locus circa cor, ibi nimirum fuerit nutriendi vis.

2 Suppeditari verò animantibus à corde alimẽti copiam, ex eo euidens fit, quod venæ quæ sanguinis & nutrimenti vehicula sunt, per reliquas quidem corporis partes transeunt solum, è corde autem exeunt.

3 Quinetiam cum inter cætera cor primũ distinctè appareat in conceptionis abortu, aut dissectione, signũ habetur, quod maximè & primum nutriatur, & nutritiuam in se potentiam contineat.

4 Præthereà in corde facultatem vnde alimur existere argumentum est, vltima cordis in obitu refrigeratio tanquam resoluente se ac recurrente ad principium suum natura.

5 Ad hæc in medio situm cor, ad vtráq; partem, & quoquo versus ex æquo se habere, & vtrisq; alimoniã suppeditare potest, alijs eminus, alijs cominus. Quare hac iterum ratione fatendum, quod in corde sit alimentaria virtus.

6 Rursus sentiendi facultatem non posse sine nutritiua consistere, his rationibus affirmatur. Tactu corrupto viuere nequit amplius animal. At si nutritiua seorsim extaret; licet amissa sentiendi vi, superniueret animal vegetatiua potentia contentum, à qua necessariũ vitæ alimentum accipitur.

7 Item si sensibilis potentia à nutriente seiuncta esset, animalia quæ vtranq; possident, non vnam haberent animam, sed duas. Etenim negatiua cum seorsim in plantis existat, animam ipsis conciliat, efficitq; animata. igitur in animali quoq; animatum fuerit id mẽbrum, quod vegetatiuã vim separatim habet. Quod si ita est, non minus id membrum quod sentiendi vim continet seorsim, rursus animatum per se fuerit. Atq; ita possent istæ facultates adinuicem abiungi, & in animali aliqua pars nutriri solũ, ac inde viuere, aliqua verò sentire solũ, non etiam nutriri. Quod cum dici ad-

mittiq;

mitiq; nulla ratione queat, omnino relinquetur ceu manifestum, cui parti facultas inest quæ nos alit, eidē sentiendi quoque functionem primam competere.

Cum igitur sensuum instrumenta propria, vnum quoddam sibi cōmune habeant sensorium instrumentum, ad quod eos qui sunt actu sensus necesse est peruenire. Hoc aūt videtur esse mediū inter anteriorē & posteriorē partē. Anticū n. appellamus id versus quod sensus tendit posticū, quod è regione ei opponitur. Porrò cum oīum viuentium corpus in summum & imū diuidatur (quas quidem situs differentias est vbiq; reperire) nimirū ēt plantæ in istorū medio nutritiuum habebunt principiū. Qua enim ingreditur alimonia, partē superiorē vocamus habito ad ipsam respectu, non ad continentem vniuersum. Inferiorē aūt, vbi primū excrementū emittitur. Cæterum diuersus est modus in plātis & animalib. Siquidē homini propter rectitudinē, in primis inter animalia cætera datū est, vt superiorē sui partē ad ipsius vniuersi summitatē erigat. Reliqua intermedio summi ac imi loco suum verticē habent. Plantis autem nullo motu concesso, ad alimentū ex ipsa tellure attrahendū perpetuo hanc partem infra manere necessitas est. Nā stirpiū radices & animalium os cōpetentiā habent: cum illa radicibus hauriāt è terra nutrimentū, hæc ore sibi victū sua sponte carpant. Porrò cum tres partes existant, in quas aīaliū quæcūq; perfecta sunt discernantur, vna, qua nutrimētū accipiūt: altera qua excrementum pellitur: tertia intermedia, quā in maiorib. appellari pectus mos est, ī alijs inuenitur quod ei proportione competit. Est. n. alijs magis alijs minus distinctū. Quæ verò incedere valent, ad eā functionē destinata membra sunt nacta, quib. vniuersam molem vehāt: crura inquam & pedes, & si qua ad eundē finē pertinēt.

Rationem reddit horū verborū: nimirum ēt plantę nutritiuū principiū habebunt in istorū medio, hoc est inter supremum & infimum. Anteriorē. n. & posteriorē partē non agnoscunt plantę. Quo aūt pacto etiā stirpes in medio sui principiū, a quo aluntur, habeant, deinceps aperiet. Primū verò excrementum, quod vltimum est, appellat. Reliqua satis clara sunt.

Cæterum animę vegetantis initium in medio harum trium partiū consistere videtur, siue sensui, siue rōni fidē habeamus. Multa n. animalia, licet vtrinq; auferatur tū caput, tū pars alimenti capax, adhuc tamen viuūt ea parte, quæ cum fuerit ipsum mediū. Patet hoc in genere insectorum, vt vespis & apibus. Quinetiam multa nō insecta post dissectionem superuiuunt, ob vim animæ vegetantis: cuius pars primario compos actu quidem vna habetur, potentia verò plures, videlicet haud secus affecta quā plantę. Etenim stirpes diuisæ seorsim viuunt, fiuntq; arbores ab vno principio multæ. Quā verò ob cām alia non queāt post diuisionem in vita constare, alia possint auulsa inferi inter plantas, alio loco commemorabitur. Cæterum in hoc insectorum genus, & plantæ conueniunt. Necesse verò est tum nutritiā facultatem actu quidem vnam esse, in his qui eius opera fruuntur, potentia autem plures, tū similiter sentiendi principiū. Apparent. n. insecta post discissionem adhuc retinere sensum. Veruntamen, vt natura cōseruetur, satis robustæ sunt plātæ: insecta non itē, eo quod non habeant instrumenta conseruandæ naturæ idonea.

Primū quæ a sensu habetur euidentiā pro testimonio adducit, in medio sitā esse nutricē potentiā. Deinceps argumenta profert a rōne. Inquit igitur, multa animalia partib. vtrinq; ablatis (nempe capite & eo qđ infra cor est, nimirū ventre alimenti receptaculo) adhuc videri viuere ea parte, qua mediū continetur, hoc est, reliqua parte in qua cor est, aut, aliud eadē vi donatū: hæc. n. medij vocabulo comprehendit. Igitur si cęteræ quidē partes non viuunt: viuit autē ea quæ mediū includit, siue cor, siue aliud eiusdem proportionis, viuendi cā nimirum in corde, aut eo quod cordi respondet, obtinebit suam sedem. Cæterum quæ hmōi mēbrū videlicet nutritiuum habent, hæc actu quidē hnt vnū, potentia verò plura. Diuisione. h. facta, in multa quod nutritiuū est distribuitur. Ita vis alendi in corde similive parte primū subsistit, Inde in reliquū corpus deriuatur, quemadmodū sensus in organa ei destinata. Porrò quamobrem, ait, aliæ plantarū auulsæ & insitæ viuant, aliæ nō (multis. n. id negatum est) alibi ratio referetur. s. in opere De plātis. Qua de cā igitur alia non queant à diuisione in vita cōsistere, alia verò possint auulsa inseri in plantarum genere, alibi explicandū est. Quod scribit, auulsa implantantur, idem est, quod viuere queunt. Videtur autem obscura & ambigua oratio. aut. n. ita accipi pōt. Quā ob cā alia (. s. animalia) diuulsa non possint viuere, alia verò reuulsa inserantur, videlicet plantæ, & in vita durare valeant, non huius est instituti exponere. Aut aliter. Quid verò sit causæ, quod aliquæ stirpium vegetæ maneant ab auulsu, aliquæ vigere non sint sufficientes, aliàs, elucidandū fuerit. De hoc igitur sensu satis dictum sit.

Cæterum sicut anima quæ nutricis obit munus, actu vna & simplex est, potentia multiplex, ita etiam illa quæ sensuum origo habetur. Dissectis enim in plures tomos insectis, singuli sensum obtinent, cū liquido sicunde fuerint cōtacta persentiscant. Proinde tum plures sunt actu sensus. Olim ego puer lusitādo temere magnos locustę pedes euellebam, qui in terra saxo, aut vbicunque positi immobiles erant. at vbi aliquem ex ipsis attigissem exultabat, & hac illac agebatur, vt pote sensu prędītus. At animalium partes superuiuere non valent, licet adhuc sensu cōpotes, quoniam ore carent: de quo pluribus actum est circa finem secundi libri de anima. Plantæ verò viuere possunt, ob causas illic enumeratas.

Et quod indigeant vel eo quod cibum sumant, vel quo cōtineāt, quædā & alijs, & horū vtroq;. Sunt aūt similia hmōi animalia pluribus inter se concretis. Nam quæ optimè constituta sunt, haud ita se habent. immo naturæ sunt in vnum quam coniunctissime. Quare perquam exiguū sensum quadam eorum particula seiuncta ostendūt, quia affectū nonnullum animalem retinent. Separatis enim visceribus motum edunt, vt etiam ablato corde testudines.

Quibus ablatum fuerit caput, ea indigēt & spoliata sunt parte qua sumendū erat alimētū: Quibus aūt vēter adēptus est, qua cōtinēdū. Porrò insectorū partes viuūt, qm̄ insecta (vt ī libro quoq; de aīaliū gressu dictū est) referūt aīalia ex multis aīalibus cōposita. Fingamus. n. fabulā, duos hoīes iuxta spinā cōcreuisse, deīde à sese inuicē abiūctos superuiuere. Tale quippiā de insectis est cogitādū, quorū vnaquæq; pars velut aīal aliqđ existit (qua de re pluribus egi in Annotationibus in librū De aīaliū gressu) itaq; viuere possunt, ꝙ singula videātur ex pluribus aīalibus esse cōstituta. Nā quæ absolutiorē hnt sui cōstitutionē, vt bō, equus, et hmōi; ijs nō vsu venit, vt vel discissa viuāt. Quid ita? Qm̄ hominis vna est natura, nō multæ. Sic & alia pfectiora, vnū aīal eorum singula existūt, nō multis cōcreta. Et propterea quod vnumquodque ipsorū animal vnum est, exiguum sensum aliquis seiuncta reliquum hnt: Hoc est, parum & obscurè sentiunt: insectorum verò partes admodum euidentet etiam minima sensu assequūtur, vtpote quorum per se pars quælibet tanquam aīal existat. Ita quidem insectorum partes exquisito sensu prædita sunt, qm̄ singulis à toto diuulsis aīa sensibilis actu inest: boūm autē et equorū & hmōi nō eui dēter sensum hnt, qñquidē nō amplius aīam sensibilē sed eius affectū quēpiā solum retinent. Quantum autē affectiones à suis subtis differunt, tātūdē vniuscuiusq;

perfectorum animantium sensus, a sensu partib. in fectorum insito distat, & inferior est. Interest autē permultum inter ipsam animam, & affectiones ab ea profectas. Igitur & hic sensus qui ab anima ꝓximè fit, & ille qui remotiùs ab eius affectu aliquo ꝓdit, plurimū inter se discrimen accipiunt. Mouetur autem etiam testudo exempto corde, eo quod animalis affectus non nihil habeat residuum.

Prætereà tam in plantis quam in animalibus, conspicuum est. In plantis quidem inspecta seminis generatione item insitione, detractiq; ramuli transplantatione.

Accipit & hoc argumentum a sensu fidem. Manifestum esse dicit, in medio nutriciam facultatem vigere & in plātis quidē indicio esse seminis generationē, insitionem, auulsiq; surculi supplantationem. Est aūt insitio, inoculatio, a qua differt transplantatio in terram abstracti arbore surculi. Primam Greci ἐγκεντρισμὸν vocant: secundam, ἀποφυτείαν & ἐμφυτείαν.

ἐγκεντρισμὸς.

Siquidem productio seminis in omnibus ex medio fit. Nam cum omnia substantiam habeant biforem, qua cohærent, ibidē inest, in medio vtriusq; partis. Hinc enim & caulis enascitur, & radix stirpium. Mediū verò ipsis est principium. Item in auulsione ac insitione idem contingit, maximè circa nodos. Est enim nodus rami quoddam principium, pariterq; medium.

Ita habēt exēplaria nostra græca, quod aliquis forte ex Michaele Ephesio, sensum absoluens. nam prius imperfecte legebatur.

Eius quod supra dixit, inspecta seminum generatione clarum fieri, hic declarationē adiungit ita scribens. Siquidē productio seminis oībus ex medio cōtingit, Quandoquidem è fructu iterū fit fructus, vt pruoū è pruno, faba ex faba, & ex cæteris similiter. videmus aūt germen, eiusq; radices enasci de medio, nimirū in medio nutritiua vis est. In quo .n. primū aliquod alitur, in eo alimentaria facultas est: alitur aūt primo ac nascitur in medio, & radix, & germen, a quib. deinde semē generatur. Itaq; in ipso medio talis est animæ pars. s. vegetatiua Hic quidē sensus est, verba aūt sic sonant. Cū .n. biualuia sint cuncta, qua cohærent, extat, Hoc est, cum seminū essentia sit biforis, habetur & existit nutriendi potētia, qua parte fores iunguntur, quod fit in medio. Igitur in medio est illa vis qua nutrimur. Et est media partis vtriusq; siue valuæ vtriusq; hic, id est, eo loco quo valuæ coniunctæ sunt. Et caulis enascitur & radix stirpium. Non integra est oratio, ideoq; obscura cū desit aduerbiū (hinc) & cōiunctio (enim) Quod si ita legeretur, bene haberet. hoc inquā pacto, Hinc. enim & caulis enascitur, & radix stirpium. Itaq; si caulis atq; radix è medio prosiliunt, semē aūt siue fructus ex radice & caule nascitur, nimirū & ipsum semen ex medio fuerit. Hæc dictio, Mediū verò ipsis est principium, idem sibi vult, ac si dixisset, Itaq; principium eorum ipsum est medium. Hæc vox (ipsis vel eorū) tū de radice & caule, tum de seminibus nullo discrimine accipi potest. Item in auulsione ac iositione idem contingit, maximè circa oodos. Per vocabulū (idē) nutrientem facultatē intelligit in medio sitam. Sumptum est autem hoc argumentum quoq; manifestis sensui.



Exempli gratia fingamus lineam A, B, C, arboris esse caulem seu stipitē, ramū B, D, nodum B, E, (Hoc tantū docendi causa, nō exquisita ratione. Quamobrem? Quia crassamētum habet arbor, Linea verò absq; omni latitudine consideratur. Est igitur nodus initium rami, pariterq; medium. Quoniā occupat inter caulem, siue truncum, & ramum, medium interuallum.

Itaq; aut ipsum auferunt, aut in ipsum inserunt, vt siue ramus siue radices inde nascantur, tanquā principium habeatur à medio caulis & radicis spacio. Quinetiā animaliū sanguine imbutorum cor primum gignitur: id constas ex fætu, quē in primo sui rudimēto videre licuerit. Quamobrē ēs in sanguine vacuis, necesse est aliquid eiusdē facultatis cum corde, primo tēpore nasci. Quod autē cor venarum origo sit, antea quoq; dictum est, vbi de partibus animalium agimus, item sanguinem eo præditis vltimum alimentum esse, ex quo reliqua partes enascantur. Est & hoc manifestum, alimentum ore primum confici, secundo ventre, vltimo idq; potissimum in corde. Proinde necessario & sentiendi & nutriendi compotis animę fontem cordi ascribemus in sanguineis animalibus: siquidē omnis aliarum partium occupatio circa nutrimentum, functionis in corde versantis gratia exercetur.

Itaq; vt ramum cum ipso nodo resecant ad trasplātandū, & acutam eius partem defodiūt, vtpote mediā, & vi nutricādi ꝓditam, reliquam vero eminere sinūt. Aut surculum in locum alterius execti, in ipsum nodum immittunt inserentes. Idq; faciunt vt vel ramus arboris insitione enascatur. Prodit .n. nouus surculus, vt vicē adempti expleat. Aut vt radices è surculo trāsplatato, & terræ mandato exoriantur. Ceterū vt inter ramū, & stipitē & radicē existit. Haud secus enim se radix ad stipitē principium siue mediū extat, Ita ēt inter stipitē, & radicē existit. Haud secus enim se radix ad stipitē habet, quam nodus ad ramum. Quod autem cor inter cætera primum tū oriatur, tū alatur, dictum est frequenter. Sed hoc ēt argumēto animaliuum esse principiū, aĩæq; domiciliū ipsum cor astruet, quod initium venarum sit. Itē quod fons sanguinis, qui nutrimentū est vltimū, quod vbi fuerit, ibidem vis nutritiua erit, a qua sensibilis ēt auelli non poterit, vt demōstratum est. Adde, oris elaborationē circa alimentum ventris causa fieri, & eam quæ in ventre peragitur gratia cordis, cor aūt finē imponere. id enim sanguificat, itaq; nobilissimum est, & principium. Itaq; ēt in ipso vtpote principio nutricia & sensifica facultates immorantur. In his verbis. Siquidem omnis aliarum partiū occupatio circa nutrimentum, &c. per alias partes os, vētrem, & iecur significar. Functiones enim istarum partium illius gratia, quæ in corde fit, exercetur.

Debetur etenim vis primaria ei, cuius gratia reliqua sunt nulli vero illorum, quę alterius causa existunt, vt se Medicus ad sanitatē habet. Sensuū itaq; principatus omnib. sanguineis cor incolit. Omnino .n. necessariū est in ipso omnib. alijs sensuum organis commune sensorium esse.

Primariam vim appellat animam sensibilem & alimentariam. Hæc autem est mens verborum. Quandoquidem cordis gratia cæterorum membrorum actiones fiunt, merito oportet principatū ad ipsum spectare, aut ipsi inesse, non aūt cuipiam alteri parti corporis, quæ gratia cordis est vt ei subseruiat, vti medicus ad sanitatem. quatenus enim medicus est, sanitatis est gratia, eodē modo hepar gratia cordis existit.

Duos aūt manifesto ad cor videmus tendere, gustum inquam, & tactum. Igitur etiam in alijs idem fieri necesse est. In hoc .n. reliqua sensoria motum ciere contingit, nusquam autem sursum ascēdere. Prætereà si vita fruuntur hac parte cuncta animalia, eiusdem beneficio sentiendi principium dari omnino sequitur. Nam quo quid est animal eo viuere dicimus: quatenus autem vtitur sensu, animal appellamus. Porro quamobrem alij sensus manifesto ad cor contendant, alij in capite locentur (vnde etiā aliquib. animalia cerebri vsu sentire videntur) alibi cām seorsim attulimus. Itaq; ex sensui manifestis argumenta iam deprompta conuincent hoc in loco, & in medio triū interuallorū corporis, inesse principium aĩa, qua sensum, augmentum, & nutrimentum animantes vsurpant.

Oratio melius quādraret, si pro coniunctione (aūt) legeret (enim) hoc mō, Duos .n. manifesto &c. Nā cū dixerit principatū sensuū in corde esse, vbi necessario cōe sensorium est, & ibidē cōmunis sensus, hic probationem adjecit, Duos, inquiēs, sensus ad cor pertingere con-

re conspicuũ est. Q̃m, vt in dissectionib. apparet, gustus atq; tactus sensoria ad cor pertinent, vnde patet. quod aliorum quoq; auditus, visus, odoratus, eodẽ ꝓficiscantur. Nõ enim cõuenit, alio loco consistere gustum & tactũ, alio auditũ, & reliquos duos. Quod dicit. In hoc.n. reliqua sensoria motũ, &c. Ita explanamus. Quicũq; motus a sensilibus obiectis in sensorijs instr̃is fiunt, illos contingit ad cor cieri, eo quod instrumentorũ meatus eodẽ abeant, nullus verò ad cerebrũ tendit, siue sursum, vt ipse ait. Quia nullus omnino ad ipsum fertur. Sed de hoc sæpe dictũ est, quo pacto ad cor perueniant sensorium meatus, licet in capite siti. Præter autem iam enumerata, si vita in corde & ab ipso existit vt dictum est, nimirum etiam commune sensorium in eodem erit. Qua enim animal est, eatenus ipsum viuere dicimus. Quatenus autem sensu præditũ, ea & animal. Erit igitur talis ratiocinatio.

Quo corpus sentit, eo est animal.
Quo animal est, eo viuit.
Quo igitur sentit, eodem etiam viuit.

Hoc si ita habet, nequaquã in alia parte corporis erit sensus principium, in alia nutricationis, quæ causa est vitæ Quamobrem verò, dictum est supra. Porrò cur in capite sensuum instrumenta locum obtineant, expositũ est in libris De partibus animalium, & de animalium, generatione. Cæterum vbi scribit, In medio trium interuallorum, tres dimensiones intelligi vult, supra & infra, dextrum & sinistrum, ante ac retro.

Ratione verò idem coniicitur, quoniam in omni re naturã quod optimũ est facere, quoad eius fieri põt, uidemus. Si aũt vtriusq; principij essẽtia ĩ medio sit, partes vtrinq; sitæ maximè suas functiones obibunt, tũ ea quæ postremũ alimẽtũ cõficit, tũ quę capit. Ita.n. cõmodũ vtriq; sitũ cor habuerit. Ad hęc medius ipsius locus, ceu prĩcipi cõuẽit.

Posteaquã a reb. sensui manifestis tãquã digito indicauit nutritiuã & sensitiuã aĩam in medio recũbere (Siquidẽ est videre ĩ corporũ dissectionib. manifestissime meatus a gustu & tactu ad cor ferri, tum aliunde multa hñtur hactenus explicata, quib. adducitur sensus vt cordi vegetabilẽ & sensificã aĩam contribuat) deinceps id ipsum rationib. agit. Etenim, inqt, natura quãtũ fieri põt, vbiq; optimũ efficit. Optimum aũt fuerit, mediũ locũ dictas aĩæ facultates occupare. Hac igitur rõne in medio erunt. Cõfirmat aũt optimũ esse locũ mediũ, hisce verbis. Si verò vtriusq; principij essentia in medio sit, maximè partes vtrinque sitæ functiones suas obibũt. Horũ sensus est. Quatenus locus medius, inter organa medius est, tũ ea quib. alimẽtũ assumimus tũ ea per quæ excremẽta eius exoneramus, horũ etiã ratione locũ illũ occupare dẽt aĩa. Quippe sita in medio põt ex æquo & ab ore alimẽtum attrahere, & eius excremẽta iterũ expellere p aluũ. Q̃m verò loco non distant nutritiua & sensitiua aĩa, vt demr̃atũ est, & hic nutritiuã in medio haberi cõprobamus (huic.n. hoc argumentũ est propriũ) ibidẽ quoq; sensitiuã esse concedendũ. Hæc, vt opinor, philosophi mens est, nunc ad verba. Si aũt, inquit, vtriusq; aĩæ siue principij essentia in medio existat, &c. Essentiæ vox idẽ quod natura innuit. Cuiq;.n. essentia sua, natura est. Si igitur in medio sensitiuæ & vegetatiuæ aĩæ sit essentia, ipsamet sensitiua & vegetatiua aĩa ibi fuerit. Cæterũ hæc argumentio magis conuenit aĩæ nutritiuæ. Per partẽ aũt q̃ postremũ alimentũ conficit, colũ, id est crassũ intestinũ, intelligendũ est, sedi ꝓximũ. Concoquit.n. & ipsum, & reliqua intestina alimẽtũ quod susceperint, vt sępe dictũ est, ꝑsertim in opere De partib. aĩalium, vbi indicauimus, intestina non illico detrusa in se a ventriculo excremẽta propellere foras, sed cõficere prius & cõcoquere aliquã eorũ partẽ. Aluũ igitur, seu ventrẽ inferiorẽ nominat, ꝓtem q̃ cibũ cõiicit, videlicet ipsũ intestinũ crassum. Vltimũ verò alimentũ vocat hoc loco, superioris vẽtris superfluitatẽ. Nutrit.n. ipsa quoq; dũ ab intestinis elaboratur & conficitur. Ventrẽ superiorẽ partẽ appellat, q̃ capit alimentũ. Porrò cũ obscura oratio Aristo. hũc in modũ efferri poterit. Cũ.n. in medio fuerit aĩa inter os, & pariter excremẽta coquentẽ & suscipientẽ partẽ, licebit vtriq; cõcoquenti inquam, & accipienti, optimè suo munere fungi, ꝑp cordis vicinitatẽ. Accipiendũ igitur membrum capiens, ac elaborans pro vna parte, os aũt pro altera: ita vt inter vtrãque cor mediũ sit. Intestinum aũt cõcoquentis nomine dignatur, nõ quod solum id faciat, multo.n. ante superior venter alimentũ elaborarat, sed quia pleriq; nesciunt, an & intestinum cõcoquat, adijcere id voluit. Hęc verba, Ita.n. ad vtrunq; collocatũ fuerit cor, significant situm cordis in medio cõmodũ futurũ vtriq; id est, tũ cõcoquenti, tũ capiẽti nutrimenta parti. Ad hęc pro loci ratione, qui cũ in medio tutissimus & munitissimus sit principalis habetur ibidẽ collocari debuisse vr̃. Vbiq; etenim natura opera sua ad incolumitatẽ salutẽq; destinat. Potest aũt aĩa salua & incolumis seruari in medio potissimum, ꝙ locus tutus & munitus sit. Est vero medium illud, pectus & finitima cordi. *Paraphrasis textus.*

Præterea discrimẽ intersit opus est, inter id quod vtitur altero, & id quod sui vsum præstat. Discrimen inquã, vt excellentia, sic & mõ. Quemadmodũ differunt tibiæ, & quod mouet tibias: nẽpe manus Itaq; si animal definitur ex eo, quod principium habeat sensitiuum, in sanguineis inesse cordi hoc principium oportet: in exanguibus verò alia in parte proportionis eiusdem. Cæterum omnes particulæ, ac vniuersum corpus animaliũ, innatum quẽpiam sibi naturalem calorem continent, cuius merito, dũ viuunt, calida sentiuntur: defuncta autẽ & vita beneficio priuata, contrarium. Huius sanè caloris fontem sanguine imbutis ĩ corde scaturire necessũm est, sanguine vacuis in alio quod cordi respondeat: Alimentũ enim cuncta naturali calore conficiunt & coquunt, inter cætera tamen maximè primas obtinet cor, aut quod ei respõdet. Itaq; licet alijs partibus refrigeratis, vitam adhuc sustinet: suo autem calore extincto, vna, perit vniuersum. nimirum quoniã ab hac origine pendet vis omnis caloris et animę, in quocunq; animantium genere. Tãquam ignitus animę fomes cordi insit, in sanguine imbutis, in reliquis alicui parti consimili. Necessarium igitur est vna iungi & vitam & caloris istius conseruationem eoq; corrupto mortẽ appellatã fieri. Cęterũ ignis, vt videmus, duob. modis corruptio cõtingit, aut tabe et marcore, aut extinctione. illã quæ sponte fit, tabẽ appellamus, hanc a contrarijs factã, extinctionem. Rursus illã senectutẽ, hanc, violẽtiã.

Id quod vtitur altero, vocat medium, id est thoracem, & locum circa cor, vt dictum est. Quæ sui vsum præstat, sunt partes instrumentales. vt pedes, & huiusmodi, Quandoquidem.n. thorax maximè necessaria pars animalis est, citra quã animal consistere nequit, ipsa verò sine alijs existere põt (etenim animalia multa neq; caput habẽt, vt cancri, neq; pedes, vt vsu pedũ priuata, neq; manus) alia nimirum thoracis gratia sunt & a facultate ipsi insita dependent. Quòd si ceu manifestum admittitur, medium id erit ꝙ reliquis vtitur reliqua verò quæ vsurpantur & vtenti se præstant. Modus verò vtentis est præstãtior quatenus id quod vtitur agit, & mouet, ac imperat reliqua vero patiunt & mouẽtur & obediũt. Cuius aũt potior est modus, eiusdẽ excellẽtia quoq; potior est, & ipsũmet potius ꝑstantiusq;. Si verò in ꝑstantiori aĩam esse necessariũ sit in medio sanè fuerit. Cæterũ meminit hic manus tanq̃ vtentis: tibiarũ verò, vt eorũ quib. vtitur. Est aũt manus tibijs excellentior. igitur ẽt mediũ excellẽtius alijs: & innati caloris principiũ fuerit. Principiũ aũt in-

nati caloris est anima nutritiua: principiũ igitur hmõi in corde ponendũ. Idq; manifestariũ est ex eo, quod vltimũ tefrigescat cot, tanquã resoluente se natura, & ab extremis vitãq; facile expitatutis ad principiũ recurrẽte. Maximè aũt in officio coctionis primariũ esse cor dicit, & paulo post: Quasi ignitus aĩæ fomes hisce pticulis insit. Trãslationẽ a prunis duxit, quib. ignis fomẽtũ includitur Eodẽ.n. pacto aĩa cordis, aut consimilis partis est incola. Cæterũ inquit tabẽ esse seniũ, extinctionẽ vero violentum, siue vim & violentiam.

Porrò vsu venit, vtrũq; genus corruptionis propter idem Deficiente.n alimento, cũ non habeat calor vnde nutriatur, interitus ignis euenit. Itẽ contrarium obsistens coctioni, quo minus alantur corpora, in culpa est. Aliquãdo tabes contingit, calore nimio collecto, & impedita respiratione, ita vt nullum refrigeriũ sentiatur. Nã & hoc pacto multus accumulatus calor, illico nutrimentum absumit, idq; prius quã intus vapor aeris consistat. Quapropter nõ mõ minor ignis marcescit, appositus maiori, sed ẽt ipsa per se lychni flãma maiori imposita flãma cõburitur vt quoduis aliud idoneũ vri. Huius rei cã est, quod alimẽtũ quo flãma minor fruitur, id maior absumit, antequã illi nouũ accedat. Ignis aũt perpetuo nascitur atq; fluit instar fluminis: quamuis ob celeritatẽ lateat. Iam igitur indubitatum est, siquidem cõseruandus sit calor (id autẽ ad vitam necessarium est) oportere aliquã caliditatis in nouo exortu refrigerationem fieri.

Vtrunq; genus, inquit, hoc est tum tabem, tũ extinctionẽ. Sẽsus est, vtranq; corruptionẽ propter vnã & eandem causam fieri. s. alimenti inopiã. Nã & quod marcescit, propter indigentiã nutrimẽti, quo fruatur, marcescit imminutũ donec pereat: vti flãma in lucerna, cũ oleo distituitur. Quo aũt mõ nimius ille calor fiat, insitumq; cordi humorẽ depascatur, vnde marcores sequuntur, pulchre Galenus explicat in libro De febrium differentijs, eadem quæ hic depromens, sed oratione instructiori. Et qđ extinguitur, similiter perit. Vbi.n. nimis est contrarij nutrimenti (primũ enim nutrimentum cõtrariũ est, vt in libris De generatione corruptioneq; & illi De aĩa & alijs multis dictũ est) tũ obruitur quod nutriendũ erat, & præ abundantia perit. Sic obrutum igitur & extinctũ interit alimenti penuria. Cum.n. vincere ipsum nequeat, ob contrarietatẽ necesse est non ali. Marcescit verò calor nobis innatus, si non respirauerimus. Aer etenim qui per inspirationem hauritur cum frigidus sit (quippe circunfusus terræ frigidus est) retundit caloris vehementiam, & ad mediocritatem reducit. His verbis: Priusquã cõsistat vapor: qui per inspirationem ingreditur aer accipiendus est. Cæterũ non modo minor ignis maiori appositus extinguitur, ideo quod illius alimentũ hic statim exedat: sed multo citius peribit maiori igni tanq̃ vasi cuipiã impositus cum oleo lychnus: cõburetur.n. oleũ, & extinguetur. Si.n. tantum admotus exuritur, multo magis iniectus, vt vinum amphorę, sic igni lychnus cum oleo, exuretur. Cum igitur alimentũ, quo calor innatus nutrit, simile sit oleo cũ lucerna in ignẽ coniecto, ocyus cõburetur, nisi calor, qui nutritur ab ipso, aliunde refrigescat. Ipsam per se lucernæ flammã dicit, hoc est ipsa cũ lucerna cũ flamma sua. Itaq; minor a maiori flamma restinguitur, eo quod flãmæ essentia non alia sit, nisi quatenus continuè gignitur, sicut aqua ex niuibus in continua earũ liquefactione cõsistit. Vbi verò materia & alimentũ, vnde nascat haud suppetit, necessario extinguit, vt aqua nõ fluit amplius fieriq; desinit, vbi non sunt niues, ex quib. añ fiebat.

Gal lib. 2 capi. 10 & 11. de febrium differentijs.

Argumento fuerint suffocati carbones. Nam si instrumento, quod Græci πνιγεὺς vocant, (quasi dicas suffocatorium) continuo obtecti sint, mox restinguentur. Si quis autem alternis operculum frequenter adimat & reponat. multo tempore conseruabit ignitos.

Suffocatos carbones appellat, qui operculo quopiã testaceo, aut alio denso atq; solido integuntur, qui statim extingui solent. Cito.n. deuritur ac restinguitur materia, cũ aer obstante operculo non ingreditur, vt flãmę caliditatẽ refrigeret, & ad mediocritatẽ pducat. Si quis vero alternis & vicissim imponat operculum, & rursus auferat, diu candentes permanent. Crebra enim remotione ingressus aer calorẽ refrigerio temperat, neq; citius materiam, vnde nutriuntur, absumere sinit.

Occultatio verò tuetur ignem. Nam & perspirare nõ prohibetur, ob cineris raritatem.

Occultationẽ vocat, q̃ cinere fit. Multi.n. initio noctis cinerib. carbones obruunt, qui tota nocte durant igniti. Soluit aũt his verbis obiectionẽ. quæ fieri posset hoc mõ. Si pruna suffocatur propterea quod aeris aditus, quo refrigeretur, ei sit interclusus: qui fit, quod cinerib. obruti seruantur? Diluit hanc instantiam, quasi ita diceret: Operculati qdẽ carbones extinguũtur, ppter operculi densitatẽ: occultati aũt sub cinere nõ extinguũtur, ob eius raritatẽ, quæ nullo impedimẽto est quo minus caloris exuberantia exeat & dissipetur.

Et aduersus aerẽ ambiẽtẽ munimẽto est, ne copia caloris insiti ipsum extinguat. Sed super hac cã, cur contrarium accidat occultato & suffocato igni, (ille.n. diutius perdurat, hic marcescit) etiam in Problematis dictũ est. Quoniam autem omne vita preditũ habet animam, neq; sine naturæ existit calore, vt diximus: stirpibus quidẽ ab alimento & aere ambiente satis est præsidij ad naturalis caloris incolumitatẽ. Etenim alimentũ introiens refrigerat: vt ẽt homines, postquam primum ingessere cibum.

Aerẽ esse calidũ, q carbones cinere opertos ambit, euidẽs est. Hoc vero ĩquĩsitione dignũ quonã mõ carbonũ quidẽ calorẽ raritas cineris exire nõ prohibeat: eũ aũt quo pditus aer est, prohibeat ingredi? An cũ vehemens sit prunæ feruor, aeris calorẽ, vt qui minor est ingressurum retrudit, & arcet ab introitu? Quod aũt aeris si ingressa coniungeretur prunariũ caliditati, ipsas extingueret, non obscurũ est. Ita. n. auctior ipse calor multo citius prunę materiã cõbussisset. Eandẽ ob cãm expositi ad solẽ carbones celerius restringunt. Sed hæc in Problematis dicta sunt, quæ qui voluerit legat. His verbis, Neq; sine naturæ existit calore, hoc innuit, ipsũ aĩal nõ sine naturali subsistit caliditate, Cæterũ plãtis, vtpote pauco pditis calore, satis ad refrigerationẽ esse scribit alimẽtũ, qđ aquosũ, ac terrenũ, eoq; nomine frigidũ attrahunt, & ambiẽtis aeris frigiditaẽ siquidẽ telluri circunfusus aer frigidus est vt sæpe diximus.

Aut quod vita prędita est.

Ieiunia verò calorẽ & sitim excitant. Quippe aer a motu vacãs perpetuo, calefit: idẽ alimento ingrediẽte, motu refrigescit. donec absoluerit concoctionẽ. At si vel ambiẽs aer propter anni tps valde frigidus sit vehementi gelu exorto, arescũt: vel æstate nimij fiãt æstus, adeò vt qui e terra exugitur humor refrigerare stirpes nequeat, marcescens calor interit: quo tempore arbores tabitudine, sideratione & carbunculatione affici dicuntur. Quãobrẽ genera quædam lapidũ subtus radices mittunt, & aquã in vasis vt plantarum radices refrigerẽtur. Porrò animalium quoniam alia sunt aquatilia, alia in aere degunt, ex his & per hæc refrigerium sibi comparant, quædã aqua, quædam aere. Quo autem & quali modo id fiat, post hæc ex instituto disserendum est.

Quod si alimentũ refrigerat, haud dubie calefacit ieiuniũ. Aer.n. vẽtri inclusus, dũ nullo motu ciet, calescit ingrediente verò nutrimento, refrigescit. Cęterũ arbores tũ a frigore, tũ ab æstu arescunt. Ab illo quidẽ, q̃m innatũ calorẽ extinguit, ab hoc aũt, quia exurit alimẽtum, quo fouentur. Reliqua nihil indigent aliena luce, si quis vel minimum animaduertere voluerit.

Aristoteles κατὰ φλόγα dixit pro κατὰ φλόγα.

MICHAELIS EPHESII SCHOLIA IN LIBRVM DE LONGITVDINE AC BREVITATE VITAE ARISTOTELIS,

Conrardo Gesnero Tigurino Medico interprete.

ANIMALIVM alia breuis, alia longa vita, eiusdemq; causa. Quam ob causam animalium alia diutius alia minus agant viuacia, & in vniuersum de vita longa breuique causa inuestiganda sunt. Faciendum autem initiũ, dubias quęstiones proponendo. Non enim constat, an diuersa an eadem inter animalia cuncta, atq; plantas causa sit, cuius merito vel breuior ætas, vel diuturnior, eueniat. Nam & inter plãtas aliqua annum, aliqua prælongum viuendi terminum habent. Dubitatur etiam, num eorum quæ natura constant eadem longęua, & natura degant sana, an verò discrimen intersit. vt eodem modo inter breuis ætatis & morbosum corpus. An per aliquas ægritudines morbida corpora, cum vitæ breuitate cohæreant. per alias nihil impediatur longa vita, licet valetudinaria. De somno quidem & vigilia loquuti iam sumus antea, de vita autem & morte deinceps agendum fuerit: item de morbo & sanitate, quantum ad eius naturalem philosophiam attinet. Cæterum mutuo differunt non tantum vniuersa genera sibi collata, sed etiam quę sub vnam speciem rediguntur, accipiũt discrimẽ. verbi gratia, in genere differentiã dico, qualis est hominis & equi. Illorũ n. genus viuacius æquis est. In vna specie, vt hic homo longæuior illo. Hoc enim accidit, idque pręsertim pro locorum varietate. Siquidem nationes in calidis regionibus prolixiorem, in frigidis breuiorem agunt vitam. Nec minus in eadem plaga simile discrimen inuenias.

QVEM sibi scopum Aristoteles in hoc libello de longitudine ac breuitate vitæ proposuerit, satis est euidens. Quærit enim, qua de causa, quouè modo animalium hæc multum ætatis, illa parum durent. Primo autem loco meminit, se iã de somno suam sententiam protulisse, deinceps de sanitate morboque, iuuentute ac vita dicturum, vtpote ordinis postremi naturalis speculationis. Primum igitur hic inquirit, quidnã facile sit obnoxium corruptioni: hoc enim intellecto, etiam eius contrarium elucescet: nempe quid ægre corrũpatur. Deinde quid sit lõgæuum, & quamobrem: tum de longæuis per generis & locorũ differentias agit. Postea cur plãtę viuaciores animalib. sint, & in plantarũ genere aliæ alijs, indagat, eadem exactius in libro De plantis ex professo tractaturum, se promittens. Series orationis hoc pacto cohę- ,,ret. Exordiendum est addubitando diuersa ne, an eadẽ omnib. insit animãtiũ, & plantis cã ob quã alia alijs tardius citiusve corrũpãtur. Non. n. satis est euidens. Præterea constantiumne natura eadem ipsa longam & in- ,,columem ætatem exigant. Aristoteles hic adiecit (natura constantium) non quod naturalia nõ sint quę carẽt anima vt lapides, & cętera. constant. n. hæc quoque natura. Sed magis & maxime naturalia sunt quæ vita fruuntur, ac in primis naturam in se continent. Nũ igitur eadem sunt viuacia atq; sana? Hic subaudiendũ est, & vita breuis & morbosa. Tum illud subiungetur: Aut seorsũ vitæ breuis conditio, seorsim valetudinaria existit. Eritque sensus. Aut sunt aliqua breue tempus viuẽtia, non morbosa, sed potius sana. Morbosa vocat, non quæ perpetuo morbis tentãtur, sed quæ leni quacunq; de causa morbos incidere idonea sunt. An per aliquas ,, ægritudines languida corpora, affinem naturam habẽt cum illis. quę breuem vitam sortiũtur. Hic ἐπαλλάττειν verbum græcum, naturę tam similis esse significat, vt vnum pro altero queat accipi: ita vt eadem sit valetudinaria & fugax vita. Cęterum pollicetur disserturum deinceps de sanitate ac morbo, quantùm eius ad naturalem philosophiam spectat. pertinet autem ad ipsam, & cõuenit dispicere, vnde & quo pacto illa possint cõsistere: Medici verò est, quomodo in corpore fiant, cõsiderare. Porrò hanc vitæ extensæ & contractæ differentiam, inquit habere tum tota genera totis comparata, tũ eidem speciei subiectorũ vnũ ad alterum. Tota quidem genera, vt homo, & equus. ille enim superat equũ viuẽdo. Sub vna verò specie vnũ alteri collatũ, vt homo homini. Nestor etenim amplius Achille vixit.

Porrò intelligendum est quid inter ea quæ natura consistunt facile corruptionem, quid cõtra difficulter sentiat. Siquidẽ ignis & aqua, & alia huius generis, facultatibus inter se distantia, ortus & corruptionis mutua sibi causæ sunt. Proinde etiam alia singula, quę ex ipsis sunt & cõstant, eorum natura participare consentaneum est: quæcũque non per compositionem multorum constituta sunt, vt domus. Sed de cæteris alia ratio initur. Multa enim suo modo intereunt, vt scientia, sanitas & morbus. Namq; corrũpuntur hæc, ẽt si non pereant in quib. concepta fuerãt, sed integra maneãt. Sic ignorãtia interitus est, recordatio & disciplina. Rursus scientię, obliuio. & fraus. Euenit tamen, vt cęterorum corruptione naturalium interitus cõsẽtur. Alia etenim si obierint, ẽt scientia & sanitas, quę inerant ipsis, pariter intereunt. Quamobrem de anima quoq; huiusmodi rationibus vteretur aliquis Quoniam in corpore si fuerit anima, non natura, sed eo pacto, quo in ipsa anima scientia est, posset vtique etiam alio modo perire, non solum vna cum corpore. Itaque cum talis esse non appareat, aliter eius societatem corpori iunctam haberi oportet.

Omnino conuenit super his distinguere. Nam cum institutum sit nostrum de longitudine vitæ & breuitate disputare, diu autem viuant quæ non facile corruptionem incurrunt, sicut breuiter quæ facile corrumpuntur: de his ipsis disserẽdum fuerit, vt his intellectis, minori negotio propositum assequamur. Cæterum hæc verba (ignis enim & aqua, & alia ipsis cognata, nõ eadem vi prædita) tanquam seorsim & à nouò principio scripta, hunc sensum habent. Ignis, aqua, aer, terra, se corrumpunt inuicem: Quod si ita est etiam in animalium corporibus idem agent, ita vt vnum perdat alterum. Vno aũt quocũque tandẽ perdito, necessario quoque id quod ex ipsis cõstat, interibit. Nã quod scribit, cõsentaneũ esse illorũ participare naturã, nõ aliud

sibi vult, quam corruptionem sicut ipsa elemẽta experiri. Participant verò mixta simplicium naturã nõ omnium, vt neque domus. Licet enim vnus perierit, non tamen cogitur vniuersa pessum ire. Sed viuentia eo pacto se habent. Nam de cæteris ratio est diuersa, neque huius loci, cum sibi peculiares atq; proprios intereundi modos sortita sint. Sua enim est sciẽtiæ corruptio, qua perit superstite, quod ipsam continebat, animali. Siquidem cum scientia corrupta maneat animal incolume, apparet hãc corruptionem haud quaquam animalis esse, sed peculiarem propriamque scientiæ. At si perdito animali, intereat & scientia: cuiusnã hæc est corruptio? Nimirum animalis, per accidens autem simul & scientiæ. Tum enim per se perit scientia, cum ipsa corrupta permanet animal: ex accidenti verò, cũ animali coïnterit. Idem, sentiendum de sanitate & morbo, alijsque in subiecto recidentibus. Hoc assumpto, infert: Quare de anima quoque ex hoc loco ratiocinati quis poterit. Si enim non est naturã, id est, vt forma in corpore. Quasi dicat: si enim aĩa non sit forma corporis, quod in tractatione de anima asserimus, sed post modũ insinuatur, vt aliqui dicunt, sensilis & rationalis (aiunt etenim nõnulli facultatem quæ corpora nutrit & auget, statim cũ semine coïcari: sensilem autem & ratione fungentem tum accedere in corpus, cum iam fœtus foras in lucem exit) Si, inquam, igitur anima quæ sensu & ratione vtitur, non fuerit forma, neque semini statim committatur, sed deinceps accesserit, vt scientia, quæ postea per disciplinam acquiritur, posset vtique aliter etiam interire (interitum eius accipio, à corpore absentiam) præter illum modum quo corporis interitũ sequitur. Quã doquidem vt sciæ propria est corruptio, qua afficitur animali adhuc superstite: & alia non propria, sed per euentum, qua pariter cum corpore disperit. Ita necessario etiam animæ darentur geminæ corruptiones, si post modum corpori iungatur. Quo concesso, peribit aliquando anima: nimirum à corpore seiuncta animato adhuc incolumi citra corruptionem. Nam vt cum sciẽtia non vna extinguitur anima, sed illa extincta permanet & consistit anima: sic oporteret quoque post animæ interitum & abiunctionem, manere tñ ac extare corpus animatum, quod non fieri, manifestũ est: quippe relinquitur prorsus inanimatũ, vt apparet. Cũi taq; inquit, non videatur talis esse anima, id est, quia nõ apparet non secum perdere corpus: non. n. nõ corrumpit vnà, sed potius vnà corrumpit, aliter opus est societatẽ iniuerit cum corpore, videlicet tanquam forma inseparabilis: non autem vt alij dicunt.

Fortassis alicui dubium exorietur, & non immerito: Vtrum sit locus vspiam, vbi res alioquin obnoxia corruptioni, eius expers durare possit. Vt ignis supremus, vbi nõ habetur contrariũ. Nam quæ contrarijs insunt: ex accidente pereunt, eo quod illa pereant. Interimunt autem contraria se mutuo. Nulla verò in substantijs contraria per accidens intereunt, eo quod substantia de nullo subiecto prædicetur. Itaq; cui non est contrarium, & quo in loco nihil sibi aduersatur, fieri nõ poterit vt pereat. Quid enim ipsum corrumpet, cum omnis corruptio à contrarijs modo eueniat, contrarium vero nullum aut simpliciter, aut saltem eo in loco habeatur.

Aristotelis dubitatio de æthere, siue supero igne hmõi est. Nunquid ætherem suapte natura corruptelæ non immunem, aliquo in loco à corruptione vindicari cõtingat. Vt si quodcũq; perit, à suo contrario id patitur: concaua aũt superficies sphæræ lunaris non repugnat ætheri (cũ nihil quinto corpori sit contrarium, vt in opere De cœlo demonstratũ est) efficiet vt ea pars ætheris, q̃ lunæ tangit orbem, corrũpi nesciat. Nam alteram eius partem, q̃ aeri contigua est, corrumpi donabimus: siquidem æther sicut aer humidus existit. Quod verò tenuissimũ ætheris est lunari circulo finitimum, quã ob causam periret? Talis quidem est dubitatio. Argumẽta aũt primum ꝓbabilia ꝓfert, ea parte non interire ætherem, qua Lunam tangit. Deinde verum proponit, inquiens corrumpi, licet sphærã Lunarem non habeat infestã. Primũ igitur verisimilia dicens, nõ corrumpi ætherẽ supremum: corrũpuntur. n. inquit, quæ cõtrarijs insunt per accidens. Sed cũ obscura sit dictio, nobis hoc modo explicanda fuerit. Aqua est quidẽ humida & frigida, est verò etiã dulcis. Similiter ignis siccus, & calidus, & præterea cãdidus. Contraria aũt sunt frigidũ calido, et humidũ sicco. His ita ꝓsuptis quæ insunt appellat dulce & cãdidũ: cõtraria verò frigidũ & calidũ, & humidum & siccum. Inest vero dulce quidẽ frigido & humido, album aũt sicco & calido: Quod si iam corrupto dulci frigidum & humidum maneat, ꝓpria hæc corruptio, & per se ipsius dulcis fuerit. Sin humido & frigido corruptis, vna dulcedo internotionẽ percipiat (ꝙ fieri necessum est) per accidẽs dulcedo disperijt. Intereũt igĩ accidẽtis ratiõe dulce & cãdidum (hæc. n. appellat, quæ contrarijs insunt, id est, frigido & humido, & calido & sicco) eo ꝙ cõtraria quibus inerant corrumpãtur, ꝙ à seinuicem cõtraria patiunt. ita vt quicquid ipsis inhæret, interitum ipsorum cõsequi omnino cogat. Siquidẽ ꝑ accidẽs dicimus interire, quæ in aliquo subiecto sunt, cum simul cum suis subiectis pereunt. Aether verò, & reliqua elemẽta nulli alij acciderũt (nulla. n. substãtia in subiecto est) ideo ꝑ accidens haud queũt corrũpi. Hoc aũt innuit Aristoteles his verbis: Per accidẽs verò nulla in substãtijs contraria corrũpuntur. Substantias vocans animalia, & omnia cõposita. in ipsis verò cõtraria, quatuor elementa. Q̃m igĩ quicquid accidẽtis ratione petit, hoc in subiecto est: nullũ verò è corporeis elemẽtis ĩ subiecto est: nõ poterit vllũ elemẽtũ accidẽtis ratiõne perire. Quod legitur: Eo quod de nullo subiecto prædicetur substantia: idẽ sibi vult, ac si dicas: nullã substantiã in subiecto esse postquã his argumentis probauit, minime fieri vt ex accidẽti elemẽta corruptione afficiatur, astruere ꝙ reliquũ est conatur, ne per se quidẽ supernum ignem interire, cũ inquit: Itaque cui nullũ cõtrariũ, & in quo loco nĩl est. Quod hoc sensu accipies. Quib' substãtijs nihil est contrarij, corruptelæ imunes & sunt, & erũt perpetuo, ideo ꝙ omne corrũpendũ à contrario corrumpat. Quibus aut̃ cõtrariũ quidẽ aliquid est non tñ in loco illo vbi agũt, nimiũ illic incorruptibiles erũt. Sed lunaris sphæra non aduersatur igni: incorruptibilis igitur erit quãtacunque in ipla est ignis particula.

An hoc partim quidem verũ est, partim falsum? Quoniam fieri non potest, vt quod materiam habet, non aliqua ex parte contrario tentetur.

Incipit ad hoc loco dubitationẽ soluere. Proinde ait verũ quidem, quicquid corrũpitur à suo cõtrario perfundari: Nequit. n. fieri, inquid, vt ꝙ ex materia cõstat, non quodã modo impugnetur à cõtrario. Si nãq; suũ esse materia inde bẽt, ꝙ contrariorũ capax sit, nõ fieri põt quin ẽt ignis materia aliquo pacto calori & siccitati repugnet, easq; reijcere nitaẽ, ac assũere noua. Itaque ignis ẽt si supremus, interibit tñ. Pugnat. n. quodãmodo materia formæ, ꝓferti cũ ꝓxima cuiq; materia qualitatẽ aliquã sibi habeat. Etenĩ quæ oĩum formarũ negatione ac priuatione consideratur, ea quidem animo concipitur, non tamen existit, neque vllam qualitatem continet: Quæ verò igni aut aquæ subijcitur, qua litate non caret. aliqua enim prius imbuta, ita calorem & siccitatem suscipit. Id ipsum verò iam ignis est. Est quidem vtraque materia, quod ad potentiam, ignis: tũ quæ sine vlla qualitate consideratur, licet talis non extanstitum quæ iã aliqualis est, vt ita loquar: sed illa eminus, hæc cominus. Etenim quemadmodũ potẽtia doctum appellamus, & nuper natum infantem, & eum qui

qui discendo iam occupatur: quamuis ille plurimum absit, hic perparum. ita fit etiam de materia, tũ illa omnino informi tũ illa quę iam aliquid habet qualitatis, & à primo potentia gradu ad secundum vsq; progressa est, Cum igitur ita se res habeat perquam argute hęc vox (quodãmodo) orationi apposita est, cum scribit: Fieri enim nequit, vt quod materia constat, non quodãmodo à contrario impugnetur. Quia non absolute materia, quatenus est quod dicitur, ignis formę pugnat nępe caliditati siccitatiq; sed quatenus aliarum formarum est priuatio inest: & quatenus materia est potentia forma verò actus: & qua idoneam habet naturã, vt hãc formam exuat, induatque nouam: & qua nonnullam qualitatem nacta, iam magis est potentia. Hęc.n. materiæ qualitas dum certat formam in se conuertere, rursusq; forma in sese qualitatem illam, ignem hoc certamine restigui necesse fit, superata.f. ignis forma ab eius materiæ qualitate, quæ ex potentia quam habebat ad ignem, transiuit in potentiam ad aerem, aut aliud quippiam. Itaq; ignis quodammodo contrarium in se continet, etiam in suprema regione.

Siquidem per totum inesse calidum aut rectum contingit. Totum verò calidum, aut rectum, aut album esse nequaquam potest. Sic enim affectiones separatæ forent. Quod si, vbi simul sunt id quod agit & quod patitur, semper illud suam vim exercet, hoc afficitur, necessaria fit mutatio. Ad hæc si non fieri potest quin aliquod excrementum nascatur, id ipsum sanè erit contrarium. Nam è contrario fit omnis mutatio. Excrementum autem, siuè superfluitas, prioris reliquiæ sunt.

Cũ dixerit ei ꝙ materia cõstat nõ fieri posse, quin sit quodãmodo aliquid cõtrariũ, hic pergit cõfirmare ꝓpositũ, tãquam ita diceret: Si.n. ignis careret materia verisimiliter affirmaretur in supremo loco nõ interiturum, quod ibi. f. nihil haberet aduersariũ. At qm & materiam habet, & quodam modo contrarium, non consentaneum est in summo corporum non iri. Hæc quidẽ sola, ꝗ per obscura Aristoteles verba innuitur, hoc modo: Caliditas. n. & siccitas vbique, hoc est per omnem naturam insunt materiæ, quæ igni subiacet: sic in sitę, vt in materia formæ. Enimuero non in vna parte materię adest caliditas, in altera abest, sed per omnem eius naturam vndequaque diffunditur, Ita vt calor in aqua calida non partim quidem inest, partim verò non, sed tota in vniuersum calore participat. Est igitur vbique calidum, non tamen totum est caliditas: sed ex materia & calore mixtum. Sicut animal non est anima, sed compositum ex corpore vt materia, & ex animo vt forma: eodem modo ignis non solum est caliditas, sed cõpositum ex materia, & calore siccitateq;. Similiter in toto ligno rectitudo existit, nõ tñ vniuersum, quod ligno & recta linea constat, rectitudo est, sed ex ligno & rectitudine cõcinnatũ. Deide postquã dixit Aristoteles, totum verò esse calidum aut albũ nõ potest fieri: mox causam subijcit: Sic.n. affectiones forsum existerent Hæc verba hmõi sensum includũt. Nã si ignis nihil quam caliditas sit, absq; materia & subiectõ: item lignum rectum nihil qui rectitudo: affectus ipsi per seiplus sine subiecto extabunt. ꝙ rerum natura nõ permittit. Quandoquidem affectio quæ vis aliqd subiectũ sibi substernit. Igitur nullo pacto fuerit ignis à materia, & subiecto, contrarioq; abiunctus. Cõtrariorum autẽ alterũ agit, alterũ patitur. Quare innatis vtrisque cõtrarijs, in supremo loco mutationẽ admitti planè necessariũ est. Præterea cũ ignis alatur & apud nos & supra: vbi autem alimentum est, & id quod nutrit, fit excremẽtum, quod cõtrarij ratione subit: & si nihil aliud hoc saltẽ ei cõtrariũ supra fuerit. Quod si contrarium adest, & pugna cõmittitur, & quod ad eã sequit, interitus. Quod verò excremẽtum sit cõtrarium, vt dixerat, his verbis ꝓbat: A cõtrario.n. ꝑpetuo fit mutatio. Nã si primum alimẽtum contrariũ est ei quod alit, vt sępe dictũ est, excremẽtũ verò est pars, aut reliquiæ primi nutrimẽti, proculdubio & ipsum erit corpori nutriẽdo contrariũ. Quod quidẽ excrementum dum eius quod alitur, natura sibi conatur assimilare, nõ potest nõ fieri pugna, & proinde simul eius quod superatur interitus.

Quid autẽ si ignis quicquid sibi actu aduersariũ inest, id omne expulerit, an vel isto mõ incorruptus erit, aut nõ? At corrũpetur à cõtinẽte. Hæc igitur prædicta si iã satis faciũt, esto. Sin minus, dare oportet quippiã actu cõtrariũ inesse, gigniq; superfluũ aliquid. Quapropter modica flãma deuritur à magna ex eneẽtu alimẽtũ. n. quod illa vix lõgo tẽpore, fumũ inquã, hęc illico absumit. Quãobrẽ oĩa perpetuo motu feruntur, & oriũtur, aut occidũt. Continent aũt nunc iuuat, nũc officit. Hinc est quod quæ mutant locũ alias euadũt viuaciora, alias citius pereũt, quã pro natura sua. Aeterna verò, quibus aliqua resistũt, nulla manẽt. Cõtinuo.n. materiã sequitur contrarium. Etsi de ordine loci fuerit, secundum illum mutatus, si quantitatis, augetur & decrescit, si qualitatis, alteratur.

Actu cõtrarium vocat excremẽtum. Quadraret aũt hoc argumentũ ad ignẽ nostrũ, non ad summũ. Cæterũ videtur occurrere obiectioni, qua quis ita posset instare. Quemadmodũ aĩantiũ corpora expulsiuã hãc facultatẽ, cuius beneficio sicci & humidi alimenti superflua excernũt, necesse fuerit eadẽ pditum esse ignẽ, qua ꝗ est actu contrariũ, videlicet excrementũ repellatur. Pulsum verò & longe per vim eiectũ, haud amplius infestauerit ignẽ. Huic obiectiõi hisce verbis se offert: Quod si excernẽdi virtus, qua ignis vtitur, vniuersum cõtrariũ depulerit erit tũ forsan imortalis. Hoc positũ statim diluit, inquiẽs: Aut nõ hoc est, aut ne tũ quidẽ ignis fuerit imortalis. Corrũpet etenim à cõtinẽte, fine aere. Nã de nostro & pṡẽti igne, vt diximus, hic sermo est Aristoteli: ꝗ etiã ipse intelligẽs subijcit: hæc igitur si iã sufficiũt, supplendũ esto vt oratio sit integra: Qđ si pdicta satis fuerint, esto. Hoc est, si quidẽ satis soluta sit disputatio, sufficit: si minus, repetẽda est prior solutio, qđ fuit, aliquid actu cõtrariũ inesse: denuo actu contrariũ appellãs excremẽtũ. Quod aũt scribit: Quapropter exigua flãma exurit à magna: his probat, ignẽ nutriri. Qđ si nutrit, haud dubio excremẽtũ gignit. Cõburitur igit minor à maiori flãma, ꝓpter alimẽti, idest fumi cõsumptionẽ, ꝙ parua quidẽ flãma longiori tpe depascit, & exedit: maior autẽ citius breuiq; tpe insumit, ac exhaurit. Iã aũt absũpto alimẽto à magno igne quo paruus debuerat foueri, alio distitutus vnde nutriatur, deinceps restinguit. Hæc verba: Quare motu ꝑpetuo agũtur oĩa: veluti causã scribunt, Ideo ꝙ cũcta materiam aut subiectũ habeat. Aer autẽ cõtinẽs siquidẽ fuerit familiaris tẽperamẽto corporis aĩalium, simul iuuat. & promouet ad ætatis extẽsionẽ: sin alienus, obsistit, & vitæ cursum cõtrahit. Ad hæc ait, ea quæ materiã, aut potius subiectũ habent loci, vt cœlestia, & in circulũ mobilia corpora, ẽm locũ mutãtur. Si verò quãtitatis habuerit subiectũ, augmentũ & decremẽtum percipiunt. Si qualitatis, aut affectionis alicuius, alterãtur.

Cæterũ non ita vsu venit vt maxima quæq; magis durẽt. Nã equus homine breuiori vita fruitur. Sed neq; parua insectorũ. n. plurima annũ nõ excedũt. Neq; plãtæ in vniuersũ animalia superãt, cũ. aliquæ ex ipsis annuæ solũ sint. Neq; sãguine prædita viuaciora sũt simpliciter apicula etenim quibusdã sanguineis amplius viuit. Neq; iur sus exãguia siquidẽ quę molli crusta tegũtur, annua sunt, & sãguine carẽt. Neq; terrestria, nãq; sunt plantæ, sunt animalia pedestria, quæ vltra annum vitam non prorogãt Neque marina, quoniam in mari restaceorum genus, & molliũ (μαλάκια vocant) breui obeunt. Omnino tamẽ in plantarũ genere viuacissima quædam reperias, vt est palma.

ma. Deinde in sanguineis animaliũ potius quã exãguibus tũ in pedestribus quã aquatilib. Proinde si iũgãtur ambo, inter sanguinea & pedestria, quæ longissimè viuunt, inuenientur animalia, vt homo & elephas. Quinetiam vt plurimum maiora plus ætatis implent minorib. Nam et alijs viuacissimis magnitudo corporis cõtingit, similiter vt nõ dictis. Porrò istorum omnium causam hinc animaduertere licebit. Intelligẽdũ.n. & dãdum est, animal esse calidũ & humidũ natura: & vitã similiter. Seniũ verò frigidũ & siccũ, itẽ corpus defunctũ. Sic.n. apparet. Cæterũ corporibus in rerũ natura, hæc est materies calidũ frigidũ, siccum & humidũ. Itaq; necessaria senescẽtia arescunt'. Quare humorẽ esse oportet, qui non prõptus sit exiccari. Huius.n gratia nõ putrescũt facile pinguia. causa est, quod plurimũ aeris cõtinent. Aer verò alijs collatus respõdet igni, ignis putredini nũquã fit obnoxius. Sed neq; pauco humore opus est. Etenim exiguũ quoq; facile desiccatur. Ideoq; & animalia & plãtæ, quibus est iũcta magnitudo, præcipuè sunt lõgissimæ vitæ. Cõsentaneũ.n. rationi est, maiora humiditatem habere magis copiosam. Quãuis non in hoc solũ lãgitudo vitæ spectetur, ad quãtum quãtitas, tum qualitas requiritur Itaq; nõ modo copiã humoris abundare opus est, sed einsdem quoque calidi. Vt neque cito congeletur, neque resiccetur. Hanc ob causam homo quibusdam maioribus est viuacior

Deinceps vitæ breuis & longe causas allaturus, quoniam vt plurimum magna minorib. diuturnitate prę-stãt, ab illis exorditur: oñdit neq; magnũ, neq; paruũ ꝓcocius aut tardius intereũdi absolutas esse causas, sed quidpiã aliud. Quare neq; maxima minoribus corruptelæ minus esse subiecta dicit. Nã equus hoĩe, licet ip so maior, breuiore termino vita defungitꝰ. Sed neq; minora plus q̈ magna vitalia videntur. Plæraq;.n. insecta quę parua sunt, intra annũ obeũt moriè. Nã q̃dã aliquã diu viuunt, sed fortassis non integre. Non verò omnes plantæ viuẽdo oĩa aĩalia superant: siquidẽ aliq̃ stirpiũ annuum hñt finẽ, vt brassica, beta, ocymũ, & alia multa Neq; sanguinis imbuta humore vlterius q̈ exanguia supuiuunt. Vt apis cũ sanguine careat, est tñ aliquibꝰ sanguineis viuacior. Etenim pulices intra annũ finiũt vitã, etsi sanguinem cõtineant. Haud quaquã autẽ exãguia cuncta cætera sanguine irigata, diuturnitate antecellunt, qñquidem mollia inter pisces sunt annua, & sanguine priuata. Porrò neq; terrestria minus aquatilibus corruptionem patiuntur. Nam & ex plantis & ex pedestribus aĩantium aliquot annua sunt. At neq; oĩa aquatilia, id est marina, oĩbus q̃ in terra degunt, à corruptione longius absunt: cũ testacea simul & mollia angu sto viuendi termino includãtur. Post hæc subiungit:

„ Oĩno autem & præcipuè plãtarum numero ꝓlixior
„ viuacitas ascribitur. Palam.n. planta plurimum æui durat. Deinde sanguine potius impleris, quã eius expertibus: tum magis pedestribus quam aquatilibus ætas lõgior attribuitꝰ. Quãobrẽ cum potius in sanguineis & pedestribus, q̈ in exanguibus & aquatilibus, facilis inuentu sit viuacitas: etiã vtriusque iunctis duo priora si cõuenerint multo magis posteriora minus ad longam vitã sunt idonea. Hæc ꝓfatus Aris. causas quarũ gratia alia longum, alia breue spacium vitæ exigant, manifestissime reddit.

Porrò deinceps humorẽ vult non facile gelari, nimirum beneficio caloris, quia calor nõ sinit gelascere: neque leui de causa arefieri, ad q̃ copia requiritur. Multitudo enim non cito exiccatur.

Nã etsi aliqua nõ adeo multũ humoris habeãt, si mõ qualitate pręcellant amplius, & maiori proportione, quã deficiãt mẽsura, sanè viuaciora sunt. calidũ est aũt aliquibus pingue: vnde fit vt neq; exiccatiõi neq; frigori facile pateat. In alijs alio succo imbuitur. Præter alia quod debilius euasurum est, nõ excrementum esse cõuenit: hoc.n. aut morbo aut natura perimit. Inimica nãq; excrementi vis & perniciosa existit, alias vniuersæ naturæ, alias vni particulæ. Ideo libidinosa, & plena semine genitali breui consenescunt. semẽ n. ipsum haud aliud quã excrementũ est, & amplius affluxu suo corpus resiccat. Hac de cã mulus est lõgæuus plus equo & asino, ex quibus gignitur. Itẽ fœminæ marib. anosiores euadũt, si mares fuerint salaces. passeres itaq; masculi minus quã fœmellæ vitales sunt. Præterea quæcunque laboriosã agunt vitã in genere marium, eadẽ citius senecta præmuntur. Quĩn labor arefacit. & ipsa senectus est arida. Natura verò & in vniuersum mares quã fœminæ sunt magis viuidi: cuius ratio est calor, quo masculum animal fœmineum excellit. Cęterum eadẽ in calidis plagis viuidiora sunt quã in frigidis, eadẽ ratione qua & maiora minoribus. Argumento fuerit ipsa magnitudo naturæ frigidorum animalium. Nã serpentes & lacertæ reliqua squamosi generis, magna fiũt locis calidis, & in rubro mari testacea. Humida enim caliditas & augmenti & vitæ causa est. Locis autem frigidis humor ẽ dilucior in animãtib. eoq; noĩe statim congelatur. Itaque animalia quædã nullo aut pauco sanguine prædita, omnino nascuntur in locis ad septentrionem vergentibus, neq; pedestria in continente, neq; in mari aquatilia. Quædam nascuntur quidem sed minora, & vitæ fragilioris. Etenim gelu non patitur augeri.

Qualitatem vocat ipsum calorem & pinguedinem. „
Ita verò sentit. Quibus humidi copia deficit, abundat autem qualitas plusquam illa desit, diutius in vita permanent illis, quibus humor quidem exuberat, qualitas autem deficit. Quod verò inquit. Si ꝓcellant amplius, & maiori proportione: ita accipiendum est, vt si fuerit exempli gratia, in equo humiditas triplo quam hominis abũdãtior, caliditas autẽ ĩ hoĩe decupla ad equũ maiori proportione hoĩs caliditas excedit equi caliditatẽ, quam equi humiditas eam quę homini inest. Maior.n. „
est decupla proportio, quam tripla. Post hæc addit, in quibusdã calidum nihil aliud esse quam ipsum pingue in quibusdam verò non pingue, sed aliquid ei proportione respondens, quod alium siccũ nominauit. Porrò „
cũ inquit. Hoc enim aut morbo, aut natura interemit, excrementum intelligit. Excremẽtum igitur ait, morbo, aut natura perimit, Natura quidẽ. quoniã excremẽtum toto corporis temperamento pugnat. Id.n. naturã vocat. Cum itaque inito certamine aduersus omnem naturam, atque temperiem corporis victoria potitum interemerit, tãtum dicimus interemisse natura: quod idem est, ac si dicas, totam animalis temperaturã euertisse. Enimuerò vbi excrementum vnã tm̃ partem oppugnauerit, vt iecur, aut lienẽ, & cum ea parte totũ pariter animal ad internecionẽ traxerit, tũ dicimus peremisse morbo, hoc est, vna parte affecta totum cũ eo corpus interijsse.

Quod & ipse declaraturus. hæc verba subiecit: Est autem excrementi facultas contraria exitiosaq; interdum naturę, interdum parti. Superius natura dixerat, „
hic naturæ: item supra morbo, nunc parti.

Porrò cõsentaneũ est, etiã in quibus genitura multa fuerit, ea statĩ senio cõfici. Quippe semẽ cũ sit alimẽti in sanguinẽ cõuersi excremẽtũ, exeũdo calorẽ vna educit: quo facto, necessariũ est etiã humorem exiccari Quaꝓpter equo diuturnior est mulus: vtpote qui nõ abũdet semine. Itẽ fœminæ minus quam mares vitam diutinã viuunt. Quãuis in fœminis amplius sit humoris excremẽtosi, nõ est tamen calidus humor sicut maribus, sed aquosus, & natura frigidus. Itẽ laboriosa ĩ genere marium: nam tum libidine, tum labore senescũt. Diutius autẽ vita prorogatur eis quę versantur in calidis locis, non alia de causa quam & maioribus qui-

bus

bus quoq; plus insitum est coloris. Longius autem superesse, quæ in calidis regionũ degunt, sequẽti sermone probat. Maximè enim hoc euidens est ex animaliũ natura frigidorũ magnitudine. Natura frigida vocat exanguiũ. Sensus est: Exãguia quæ in frigidis exigua nascũtur, in calidis locis magna generari. Nimirum eo ꝙ calor argumẽti causa sit: & si augmenti, ẽt lõgæuitatis.

Quod si nõ fruãtur alimẽtis siue stirpes siue animalia, intereũt. Consumit enim corpus seipsum. Et sicuti magna flamma paruam exurit et restinguit, cõsumpto eius nutrimẽto: sic natiuus calor, qui pręcipuã coctionis vim habet, materiã in qua cõtinetur, absumit. Cæterũ aquatilia minus longæua quã pedestria sunt. Nõ ideo quod simpliciter humida sint, sed quod aquosa. Talis autẽ humiditas leuẽ ob causam corrũpitur, vtpote frigidus, & aptus gelari. Est & exãgue propter hoc ipsum vitæ instabilis, nisi magnitudine defendatur. Etenim nihil pingue, nihilquę dulce cõtinet. Siquidem animantis pinguetudo dulcis habetur. Hinc est quod apes minus caducã ætatẽ agũt quibusdam maioribus. In plãtis pręcipua viget longæuitas, magis quã inter animantes. Primũ quia minus sunt aquosæ, eaq; gratia nõ facile cõgelascunt. Deinde habẽt aliquid pinguiusculum atq; viscosum: & quamuis siccæ sint ac terrestres, tamen humore ad exiccationem non procliui fruuntur.

Depromit hic causam, ob quam animalia & stirpes nisi nutrimento vtantur, pereunt. Tabefacit.n.inquit, quod non nutritur, ipsum sese. Nam innatus calor obsentia nutrimẽti vehementior factus cõsumit carnẽ, & materiam, cui inest, quibus absumptis, tam aĩalia quãq; plantę intereũt. Quod dicit: Aquatilia minus longæua sunt, quam pedestria idẽ significat quod breuioris vitæ sunt. Apes autem diuturniores in vita manent quibusdam maioribus, quia dulcedinem habent. Tale enim ipsarum est alimẽtum, & dulcedo calida eũ. Quod aũt viscositas, & humidũ, & calidum contineat, neq; sinat transpirare, dictum est frequenter.

Quamobrem verò diuturna sit arborũ natura causam afferre oportet, quæ non cõmunis est animalibus, præterquam insectis: Iuuenescunt enim semper stirpes, quo nomine diu durant. Cum subinde alij rami subnascãtur, alij senescant. eodem modo radices, non tamẽ eodem tempore, sed aliquando solum trũcus, et rami pereũt, alijs inde adnascentibus. Item radices quandiu idoneæ fuerint, ex reliquis nouas producunt. Itaq; nunquam cessat altera pars nasci, altera perire: atq; ideo longæuæ sunt stirpes.

In Græco est ab existente.

Hec dictio, Non cõis est animalibus, præterquam insectis: significat causam esse diuersam in animalibus, si excipias insecta, quibus cõmunis est. differt autẽ, qđ ad reliquas animantiũ. Quid verò cum illis cõmune, ab his diuersum stirpes habeãt, iam declarat, principio differentiam ostendens. Non enim propter calorem, inquit, propriè longitudinẽ vitæ sortiuntur, vt aĩalia, sed quia subinde se renouant. Sẽper.n.alij rami.i.noua germina procreantur, alij marcescunt. Verbi gratia, huiusce nucis hic, alij rami aruerũt, alij virent vigẽtq;. Itidem radices aliæ vigorosæ, alię sunt aridæ. Verũ nõ simul oẽs, aut cõsenescunt, aut florẽt, vt neq; frõdes: Sed interdũ truncus, siue stipes, & rami corrũpũtur: radicibus vero relictis integris, paulo post alius trũcus pariter cum ramis per ipsis enatus est. Cum enim ita se habuerint radices.i.in vigore fuerint, non senio confectæ, aliæ ab existente oriunrur. Appellat autem existens, numerum radicum vigẽtium. Hoc modo semper vnius generatio, & alterius corruptio perseuerat. Postquam igitur hoc corrupto aliud gignĩ, ex quo rursum aliud, verisimiliter aut potius necessario diutissimè arborũ natura persistit.

Sunt autem plantæ similes insectis, vt ante diximus. Viuunt enim etiam diuisæ, ita vt bina vel plures ex vna fiant. Insecta verò etiam ipsa adhuc viuunt, sed non diu, cum instrumenta non habeant: neque principium vnicuiq; parti insitum id efficere queat. Enimuero in planta id põt: vbiq; etenim radicem, & caulem potentia possidet, à qua subinde aliquid procedit, & recens, & senectum: quę inter se perparum distant vitæ longitudine. Quemadmodũ in eis, quæ surculo auulso plantantur. Nam & in auulsione eadem ferè contingunt, cum id quod auellitur, alterius pars sit. Sed per auulsionem idem partibus separatis cõtingit, quod alioqui cõtinuitate iunctis. Causa verò est quoniam vbique principium insitum est potentia.

Hoc loco insectis & plantis quid cõmune sit, enarrat. Cõueniunt autẽ plantę cum insectis, quod & hęc, & illæ post dissectionem superuiuãt. Et.n.insectorum quoq;, vt expositum est in libro De animalium incessu, si in duas partes scindãtur, vtraq; diu superuiuit: nõ tamen semper, neq; æqualem temporis continuitatẽ, aut longitudinem vtraq; durat, eo quod altera pars instrumentum, siue os non habeat, quod altera habet, cuius beneficio alatur. Namq; aĩa, siue principium, ut Arist. loquitur, quod singulis corporibus inest, nõ põt os efficere. In plantis verò satis potens est, in quibus vnusquisq; ramus potẽtiam, tum radicẽ continet, tum caulem.i.truncum. Ideo ab hac potentia recens simul & senectum prodit.

Porrò quæ à radicibus vnius & eiusdẽ arboris proueniunt, nihil ab illis differunt, quæ per auulsum surculum plantantur, ꝙ ad longæuitatẽ attinet. Sed hoc vno, quod auulsa quę inseruntur loco distant, illa verò non ita: Nam hæc verba, Partibus continuitate iunctis: idẽ sonãt quod, nõ diuulsis, sed vna positis. Causam verò, quod auulsa viuant, hanc reddit, quoniam vbiq; insit principium quod radices efficere valet.

Cæterum est vbi conueniant stirpes et animalia. Nam in animantibus mares vt plurimum præ fœminis sunt viuaces, & superiora membra maiora habent, inferiora aũt magis quam femellæ exilia, et nana. Petit verò calor superiore, frigus in ima subsidit. Sic & in stirpium genere quibus grandius est caput, diutius perdurant eiusmodi sunt, non annua, sed ex arborum numero. Siquidem pars summa plantæ & caput, radix est enimuerò annua versus inferiores partes, & fructus incrementũ capiunt. Sed de his quidem ex professo in opere De plantis differetur. Hic verò super alijs animalibus allatæ sunt causæ, quãtũ ad ipsorum lõgitudinẽ & breuitatẽ vitæ spectabat. posthac reliquum est, vt de iuuenta & senectute, vita et morte dispiciamus, quibus explicatis, vniuersæ, animalium naturæ satisfactum videri poterit.

Postquam inter animalia, & plantas discrimen exposuit, deinde consensum & differentiam stirpium insectorumq;, nunc inter plantas & animalia quid cõe sit enarrat. Conueniunt igitur, ait, stirpes ac animantes in hoc, ꝙ sicut fœminas ꝓlixitate vitę vincunt mares, qa summas partes habẽt auctiores: ita etiam plantæ, qbus grandia sunt capita.i.truncus & radices, alijs nõ talibus in vita longius persistunt. Caput autem prægraue est arboribus. Quandoquidem radices & caudex in ipsis existimãtur summam, proportione capitis: rami verò ima, ꝙ in confesso est Igitur & mares, & plantæ maioris capitis, cũ supernas partes habeãt magnas, alijs exiliores habentibus, extensius æuũ agunt. Est verò calor in summis, frigus in imis. Itẽ caliditas efficiens est causa tam longæuitatis, quam augmenti arborum, Itaque genus increscit versus summitatem, annua aũt ad ima, videlicet ramus in quibus fructus perficiĩ. Deinde cõcludẽs inquit, post hanc tractationẽ, illam quæ de vita & morte, & senecta, & iuuentute agit, consequi.

Finis Aristotelici Libelli De longitudine & breuitate Vitæ cum Scholijs Michaelis Ephesii.

LIBER ARISTOTELIS DE DIVINATIONE PER SOMNVM:

CVM SCOLIIS MICHAELIS EPHESII.

Conrardo Gesnero Tigurino Medico interprete.

DIVINATIONEM in somno, quam ferunt ab insomnijs proueuire, neq; contempserit aliquis facile, neq; persuasus approbauerit. Nā quod omnes aut plerique significationē aliquā somnijs attribuunt, rei experientia astipulatur. Et sanè quædā in somnijs præuideri, credi par est, & rationi cōsentaneū. Ideo de ceteris quoque forsan aliquis idem indicabit. Sed enim nulla satis idonea causa appareat, ob quā id fiat, rei fides approbatur. Deum.n. insomniorum autorem facere, præter alia hoc etiam absurditatis affert, quod nō optimis & sapientissimis, sed quibuslibet, etiam abiectissimis hominibus somnia eueniant. Dempta verò hac causa, qua numini adscribitur, nulla sanè alia satisfacere videtur. Quod enim aliqui somniantes præuident de remotissimis quibusdā, vt iuxta colnmnas Herculis, aut in Borysthene versantibus, eius causam et originem inuenire maius est quam pro humano ingenio. Necesse igitur est, somnia esse causas euentuum, aut signa, aut fortuita: siue simul omnia siue duo ex ipsis, siue duntaxat vnum. Causa mihi nominatur, vt luna defectus solis, et lassitudo febris. Signum autem deliquij est, cum luna subire incipit: sic asperitas linguæ febris est signum. Fortuitum est, vt si ambulante quopiam deficiat sol. Ambulatio enim neq; signum huius deliquij, neque causa est, vt neque deliquium ambulationis. Ideo quæcunq; fortuita sunt, neq; semper, neq; vt plurimum vsu veniunt.

ARISTOTELES libro De insomnijs statim hunc subiecit de Diuinatione, quę in somnijs occurrit. Diuinatio autem dicitur, quod tanquam diuinitus facienda agēdaúe presagiamus ex insomnijs, ac pręsciamus. Hinc enim pręuidemus hoc aut illud nobis euenturum. Equidem hanc diuinationē neq; contemptui habere facile fuerit, vt quæ nulla futurorum signa aut presagia contineat. Probat etenim nobis singulorum experientia, significationes aliquas inde oriri. At neq; omnium futurorum insomnia causas esse credendum est. Quinimo quædam ex ipsis causæ sunt, alia signa, nonnulla fortuita. Quęnam verò istiusmodi sint progressus, ipse aperiet. Post hæc verba quædam in somnijs præuideri, credi par est: mox subdidit: iden de cæteris quoque forsan aliquis idem iudicabit. De cæteris, inquit, de omnibus. Quasi ita protulisset: Quoniam aliqua insomniorum signa sunt euētuū, crediderit aliquis omnia simpliciter huiusmodi esse, & nullum non somnium quippiam significare.

Cæterum aliqua esse significantia, manifestum quidem est: cum verò nulla idonea causa dari possit vnde ita cōtingat preterquam Deum eorum esse autorem, dubitare & diffidere nos efficit, Nam rationi non consentaneum est, Deum ad huiusmodi negotia reducere ac detrahere, qui seipsum solum intuetur, qui illud est quod semper intelligit, & semper intelligitur. Ablato autem Deo, nullam aliam probabilem inueniri causam, satis constat.

Quod enim præuideamus aliquando euentura illis qui in Herculeis columnis, aut in Borysthene habitāt, eius assequi causam plusquam humanum est. Cæterū planetam subeuntem signum esse defectus, & causam postquam omnino subiuit, non dubium est vel ex loquendi consuetudine.

Sunt ergo insomniorum alia causæ, alia verò signa, vt affectuum in corpore nascentium. Itaque medicorum etiā qui elegantes ac periti sunt diligenter æstimanda somnia asserunt. Et sanè perpendēda sunt tum artificibus, tum cis qui speculantur, & philosophātur aliqua de re. Nam quæ interdiu motiones accidūt, nisi admodum magnæ fuerint & validæ, latere solēt præ motibus alijs qui maiores vigilando contingunt. Contra fit in dormientibus: quibus etiam exigui motus videntur magni: vt manifestum est multis dormientium experimentis. Nam si vel parui sonitus aures inuaserint, fulmina sibi, et tonitrua imaginantur. Et si momētum pituitæ distillauerit, melle se frui, alioue dulci sapore opinātur. itē per ignes incedere, supraq; modū calescere. vbi modico calore aliquæ partes afficiuntur.

Orationis ordo ita procedit. Insomniorum aliqua causæ sunt, aliqua signa. Causæ quidē, quę apparitione sua animum excitant ad actionem quampiam, ex reminiscentia alicuius quod præcessit. Quod quale sit, paulo post dicemus. Signa verò sunt, quæ corporis aut animi affectus ob oculos ponūt. Deinde post hæc verba: Decet autē ita æstimare tum artifices, tum qui meditantur quippiam, & philosophantur. Sensus est: Non modo ad Medicos spectat somnia sedulo considerare, Quæstio sed etiam ad nos artifices, & super aliqua re philosophantes. Sed quomodo noctu fiunt aliquæ motiones, vt pituitę distillatio, & cętera quę signa dicimus eorū, quæ nobis euentura sunt: interdiu autem nō fiunt? An verò, inquit, interdiu quoq; fieri? Nam quæ in die motiones accidunt, nisi permagnę ualidęq; sint, delitescūt. Ait igitur, ipsas etiam per diem cieri, sed cum non sint magnæ, nos latent. Repelluntur enim à diurnis motionibus, quæ vehementius instrumenta sensuum per sua obiecta feriunt. Si enim nō extiterint, inquit, admodū magnæ & fortes, sed paruę, nos latent, Magnę quidem delitescere nequeunt, exiles autem facile latitant. Nam cum organorum, quæ sensum continent, motus citantur magni

tur magni tum impediuntur minores, adeo vt sensum sui imprimere non valeant. Inter dormiendum verò quoniam ociosa sunt instrumenta sensuum, etiam exigua pro magnis habentur, idq; per inductionem probat. Tenui enim sono dormientium aures occupante, tonitrua videntur. Quod non fieret nisi motiones exiles somno pressis ingentes apparerent. cuius causa ex eo pendet, quod organa sensoria tum feriantur.

Experrecti autem, res vt se habent, manifesto percipimus.

Hæc pertinent ad sequentia verba Arist.

Hoc est: Excitatis autẽ clarum fit, omnes istiusmodi motiones paruas extitisse. Adhuc enim experrecti sensum retinemus & soni quàm aures subierat, quod paruus sit, licet in somnis magnus videretur: & aliorũ omnium, quæ ipse manifesto enumerat. Postquam autem confirmauit, vel paruos motus in somnis deprehẽdi, eosdem futurorũ euẽtuum signa esse dicit. Nam quod videmur gustare mel dormientes, futuri morbi signum est, ex pituita initium habituri.

Maior.

Etenim cum principia rerum omnium (vt crebro explicatum est) sint magnitudine quidẽ modica: qualitate verò potentiaq; magna: etiam morborum initia erunt parua. At parua quoque manifestari dormientibus ostensum est.

Minor.

Conclusio.

Manifesta igitur morborum principia in somnis fiẽt. Quod si ita res habet, proculdubio quædã in somnis visa signa sunt affectuum, qui circa corpus oboriuntur. Equidem ego cum locum quendam cœnosum & fœtidum trãsire me somniassem, paulo post in morbũ incidi. Crassi nanque, & tenaces, & morbidi humores, qui ægritudinis causa fuere, dormienti mihi percipiebantur. Ita meus per lutosum locum transitus, morbi mihi signum erat. Quapropter animaduertere huiusmodi oportet.

Exemplum.

Cum itaq; rerum omnium principia sint exigua, nimirum & morborum, & si qui alij in corporibus oriũtur affectus: Patet igitur, eiuscemodi in somnis manifestiora quam in vigilijs futura.

Quoniam quidem, inquit, omnium initia sunt modica videlicet & morborum, & aliorum qui in corporibus nascituri sunt affectuum, exigua fuerint. Hoc enim vltimum orationi deest. Quòd si ita est, liquet ipsa in somno fore manifesta. Nam, vt diximus, parua quoq; tum persentiscimus. Quare nihil mirum, si exiles in somnis motus,* causæ nobis fiant futurorum.

* Malim signa, de causis etiam dicet.

Quinetiam nonnulla in somnis visa causas esse suarũ cuiq; actionum non ratione caret. Vt enim facturi aliquid aut iam agentes, aut absoluto iam negotio, id ipsum planè somniantes videmus & agimus, inq; eo versamur non secus quàm vigilantes (In causa est, motus à diurnis principijs et occasionibus præparatus) ita vicissim necesse est, in somno quoque natas motiones sæpe principium esse diurnarum actionum quarum, meditatio in dormientibus præparatur, & quasi via ad ipsas sternitur nocturnis imaginationibus. Hoc igitur pacto fieri potest, ut in somniorum aliqua & signa & causæ sint.

Posteaquàm insomniorum, ea quæ aliquid vt signa portendunt, Aristoteles explanauit, deinceps quæ causarum rationem habẽt, proponit. Itaq; scribit: Quemadmodum aliquid acturi, aut iam agentes, illud ipsum ad eundem modum somniando tractamus, atq; idem omnino, non quippiam aliud per somnia contuemur, & gerimus. Causa verò est quamobrẽ ea somniemus quæ vigilãtes agimus, quia noster animus diurnis actionibus imbuitur ac præparatur. Velut enim disposita corpora ad morbos, facile eis implicãtur: ita cogitatio iam ante instructa & commota ab ijs quæ in corde nascuntur motiones, in somno deinde prorsus in eisdem versatur. Sicut igitur in hisce contingit, sic & vice versa frequenter animi motus aliqui in somnis accidunt, qui omnino principium diurnarũ actionũ sunt. Quæ etenim in somnio visa animum ad actiones promouẽt ex reminiscentia alicuius quod præcessit, hæc causas appellamus. Nam vti vigiles sæpe cogitamus aliquid quod nobis causam & occasionẽ præbet, vt liceat facere, agere, aut inuenire quippiam aliud, ita etiam sopita & quiescẽs cogitatio ex vestigijs in corde relictis nouam meditationem ingreditur. Tum visum actionis causam esse loquimur. Quod autẽ ex alijs in alias cogitationes promoueamur, indubitatum est. Ego sæpe lyram intuitus, Socratem animo reputaui: aut Socrate inspecto, triãgulum.* Atqui differunt inter se causa, & eius effectũ. Lassitudo enim quæ causa est febris, haud idem cum febri existit. Ego verò non raro cum rosas albas somniassem, postridie dono ab aliquibus accepi. Hic rosas causam & principiũ rosarum fuisse dicimus. Proinde vt actio diurna nocturni somnij, ac imaginationis est causa, ita nihil prohibet aliquas etiam imaginationes diurnarum actionum esse causas. Porrò hæc conuenit dici de nostris actionibus non diu post, sed statim peragendis. Hactenus igitur de insomnijs, quæ causæ, & signi rationem subeunt.

* Et si nocturna somnia sæpe diurnarum actionum sint causæ, non tamen necessarium est, idem omnino somniũ esse cũ sequenti actione, cuius illud causa erat, satis n. est certã habere proportionem.

Multa verò fortuita, sunt in primis ardua et aliena, et quorum principium non penes nõ est: sed de nauali pugna, aut rebus longè dissitis apparẽt. Nam in istis haud aliter cõtingit, quàm si quòd quis animo voluit, aut cuius mentionẽ facit, id ipsum eueniat. Quid enim prohibet quo minus idem in somno accidat? immo tum potius quàm alias, eiusmodi multa vsu venire credibile est. Verum vt mentio alicuius facta, non vel signum vel causa ipsius aduentus est: ita neq; in somnis signum aut causa rei euentus insomnium est, sed fortuitum quippiã. Hinc fit quod multa somnia non eueniant. Fortuita etenim neq; semper neq; magna ex parte contingunt. In summa, cum & bruta animalia somnient aliqua non verisimile est somnia diuinitus immitti, aut quod appareant in causa, deum esse. Dæmonia tamen dici possunt. Natura enim dæmonia, non diuina est. Argumento fuerit, quod homines abiecti & admodum viles futura præsagiant, & ipsos euentus somnient, ceu deo non delegante. Sed quorum natura loquax est (vt ita dicam) & atribiliaria, diuersimoda visa percipiunt, itaq; cum multis et varijs modis agitentur, verum aliquando euentum assequuntur: vt qui certatim proiecta aliqua abripiunt (&, vt prouerbio iactatur) si sæpe iacias, aliud alias ieceris. Eodem pacto illis somniantibus accidit. Porrò quod multa insomnia euentus non consequatur, absurdi nihil est: Nam neque signa in corporibus oborta, neq; cælestia omnia finis, quem portendebant, insequitur: vt quæ pluuiarum & ventorum prognostica sunt. Impeditur enim signi euentus, si qua motio incidat efficacior, quam prior, quæ signum effecerat. Multa etiam prudenter consultata ut fierẽt, post dissoluta sunt, ob alia principia, siue causas vehementiores. etenim in vniuersum nõ fit omne quod futurum erat: neq; idẽ est quod fore & quod futurum dicimus. Nihilo secius tamen initia esse dicendũ est, quamuis nullus consequutus sit finis: & signa interdũ rerum non euenientium.

* οὐ δὲ τὸ αὐτὸ τὸ ἐσόμενον καὶ τὸ μέλλον.

Ὑπερβατὰ (transtulimus ardua & aliena) ea nominauit ab alijs agenda, & simpliciter ea quorum initium non nostræ potestatis est, neq; in nobis situm. Quomodo enim penes me esset principium belli in Perside futuri, aut naualis pugnæ? Nihilominus tamen contingit aut syncerè ac aperte somniare me, id qđ euenturum est, vt bellum Persicum: aut per ænigmata, cum aliud per aliud innuitur. exempli gratia. Somniauit

sodalis meus à muliere quadam missos sibi melopepones tenues ac oblongos, scorpiorum instar caudatos. Post dies paucos iniuriã ab illa muliere passus est. Hic aliud sunt melopepones: aliud euentus somnij, iniuria. Explicat autẽ ipse Aristoteles, quomodo sint fortuita somnia, huiusmodi exemplo. Quemadmodum sæpe vsu venit, cum de Socrate cogito, vt ipsos adueniat; itẽ cum in somnis naualem pugnam vidi, vt ea contingat. & sicut mea de Socrate cogitatio, quod ipse accesserit, non in causa est, sed forte fortuna cogitante me aduenit: ita neque insomnium causa pugnę naualis est, sed obiter & fortuito cõcurrit. Inde fit, q cum multa somniorum fortuita sint & temeraria, finem euentus non adipiscantur. Porrò multas animantium insomnia percipere, constat. Siquidem canes dormiẽdo immurmurant. Visa igitur in somnis non cælitus delegante Deo mittuntur, neque diuina, sed dęmonia sunt. Natura nãque nostra cum dæmonia sit, vt dictum est futura præuidet, Cæterum, ait, quibus natura quodam modo loquax & melancholica est, diuersimoda visa percipiũt. Vt enim locutuleij, & blaterones multa loquuntur: ita etiam atribiliarij ob multas motiones varia vident: Melancholia quippe motus est multi & vehementis spiritus. Itaq; sæpius aliter atq; aliter commoti, præ cęteris scopum crebrius attingunt. Quoniam sicuti certatim proiecta diripientes, non vnum solum rapiunt (siue corolla, siue quid aliud in medium sit eiectũ) sed multa, vtpote pluribus proiectis: ad eundem modum & melancholici, quia multis cientur motibus (perpetuo enim motu spiritus & sanguis in ipsorũ corde feruntur) multa consequuntur. Et quod prouerbiale est, Si sæpe iacias, aliud aliàs ieceris: itidem in ipsis contingit. Nam si quis tantum vnam sagittam eiaculetur, aut prorsus non, aut semel duntaxat scopum continget: at qui multas emittit, eum necesse est aliàs aliam tabulæ, in quam iaculatur, partem vulnerare. Quemadmodũ igitur res in istis se habet, ita etiam in illis qui multas visiones experiuntur, quos & ipsos multa consequi necesse est. Hactenus quod ad sensũm. Porrò hęc verba. * Similiter, vt isti, visa consequentes, aut abundant, aut hunc sensum habent. Visa quæ in somnis apparentia euentum consequuntur, similia sunt illis quæ à contendentibus rapiuntur: Cæterum non cuncta somnia eueniunt. Nam neque omnium signorum, quæ in corporibus nostris se produnt, futuri sequuntur euẽtus. Verbi gratia: Somniauit quidam se locum fœtidũ & morbosum iter facere. Ęgritudinis hoc futuræ signũ erat. non tamen ægrotauit, quod alia motio priori fortior ingruisset. Excitata enim natura humores concoxit, quorum culpa ægrotaturus fuerat: itaq; periculũ euasit. Item neque pluuiarum omnia signa consequutionem nanciscuntur, est etenim signum pluuiæ, quæ sub luna consistit corone, attamen sæpe visitur, neq; pluit propter subitam siccæ exhalationis exuberantiã. Item flatuum signum est, si Luna non integra apparuerit, sed dimidiata, quod in sublimium consideratione explanatum est. Itaq; si fiat alia commotio vehemẽtior, quàm prima, à qua orta fuerat corona (erat aũt corona pluuiæ signum) nulla comitabitur pluuia. Vbi in Greco legitur, ἀφ' ἧς μελλούσης ἐγένετο, etc. Hic dictio μελλούσης abundat. Porrò quod multa prudenti consilio conclusa ad finem & actionem non perducantur, siue ob consultantium mortem, siue alijs de causis, nemo est qui nesciat. His verbis: Etenim to vniuersum nõ fit omne quod futurum erat: hic sensus inest. Non quicquid futurum erat vt fieret aliquando, id omnino & simpliciter fieri necessarium est, Pro græco vocabulo ἐσόμενον, reddimus, quod fore dicitur, cuius necessarius euentus expectatur. Μέλλον autem, id est futurum, contingit fieri aut non fieri, vt in opere De generatione & corruptione dictum est.

Scholiastes videtur hæc verba legisse statim post senarium illum, Si sæpe iacias, &c. In nostris vero exẽplaribus non leguntur

Porrò de illis insomnijs quę causas & principia, ita vt diximus non habẽt: sed excessus aut tempore, aut loco, aut magnitudine.

Temporis excessus vocat, quæ post longum tempus eueniunt. Quod autem scribit, aut loco, aut magnitudine, eundem vtrunq; sensum habet. Greci ἐκ παραλλήλου posita dicunt. Cæterum hanc sententiam Aristotelis verba includunt, ac si ita sonarent. Porro de illis insomnijs quæ principia, id est, causas à nobis ipsis agendorum non continent (insomnium enim quod mihi quidem visum, belli autem in Perside futuri causa est, non principium habet, neque causa est negocij à me peragendi. non enim bellum illud mihi debellandum est) de hisce inquam hoc loco non dicendum est nobis. Manifestarium enim est, omne huiusmodi somniorum non proprie causarum nomine comprehendi, quam nos iam abusiuè ipsis id nominis attribuerimus. Quin potius fortuita sunt, atque obiter temereque nata.

Aut horum quidem nihil habent, non tamen principia agendorum penes illos sunt qui viderunt in somnium: de illis inquam nisi fortuita esse concedantur, ita sentiẽdum potius fuerit vt iam dicetur quàm cum Democrito, qui simulachris quibusdam & defluxionibus causas eorum attribuebat. Quemadmodum igitur cum quis mouit aquã vt aeris partem, eadem mouet aliam, qua cessante contingit aliquousque motum procedere, absente eo quod primũ incitauerat. Ita nihil impedit, motum quẽdam & sensum peruenire ad animos somniantes ab illis à quibus Democritus imagines atq; defluxiones abire asserebat: & quocunque illc motus & sensus appulerint, exquisitius noctu percipi: interdiu enim circumlati dissoluuntur, nocturnus autem aer minus perturbatur, & tranquillior est: et oboritur corpori sensus somni gratia. Siquidem dormientes etiam exiguas intus motiones magis persentiscunt, quàm vigilantes. Cæterum isti motus phantasmata & visiones dormientibus pariunt, ex quibus futura de rebus prævident. Hinc est nimirum quod hominum quibuslibet, non sapientissimis, huiusmodi somnia contingant. Quod si Deus ipsorum auctor esset, etiam interdiu, atque sapientibus ea mitteret.

Sententia est huiusmodi. Iam diximus hoc loco, nõ tractaturos nos de insomnijs quæ agendum aliquid à longe dissitis hominibus significant, illa verò quę principium & causam continent, non à nobis quidẽ agendorum, sed à quopiam vicino non multum à nobis remoto, sed propinquo. Illa inquam somnia, quæ principium habent negocij à vicino peragendi (quæ enim vicinus acturus est, eorum in ipso principia actionis sunt, haud in me) nisi pro fortuitis recenseantur, aliam potius rationem habebant, quàm pro Democriti sententia. Sentiebat enim ille, simulachra quædam ad homines accedere, quædam benigna, quædam malefica. ideoq; præcabatur beneficas sibi imagines obtingere: esse autem illa magnitudinia monstrosæ, & disperire quidem, sed perquàm ægre: hominibusq; futura prænunciare spectari se exhibentia, ędentiaq; voces, quas in somnis percipiamus. Aristoteles verò vult non in simulachra reijci causam (sæpe etenim demonstratum est vt falsum) sed in motiones quasdam quæ aerẽ certa figura afficiant, ita vt cum ipso per aures naresue sopitorum ad cor illabantur, vnde futuri præuidendi necessitas sit. Quomodo autem moueatur, & figuretur aer, explanatum est ab Alexandr. in libro De dęmonibus. Habent verò tum dicenda tum facienda aliquod futuri euentus principium Cæterum exiles quoq; motus dormienti magnos apparere dictum est antea. hic etiam citra obscuritatem omnia describuntur. Cũ igitur motus temere agantur, & quibuslibet ingruãt, etiã

abiectos et indignos homines futurorum visionibus potiri visu venit. Quòd si Deus autor ipsarum esset, debebant quoq; diu & cum vigilamus, apparere.

Aliter verò quoslibet, etiam indignissimos ipsorum compotes fieri, vt futura præsentiant, non dissentaneum est. Istiusmodi enim hominum non curis neque serijs studijs occupata mens est, sed quasi omnino vacua, atque deserta commotaque ad nutum, & impetum mouentis agitur.

Nouam causam adfert, quam propter vile genus hominum futura præsagiat, non autem sapientes, Itaque dicit, cum illorum vacuus sit animus pulcherrimis philosophiæ speculationibus, & ab alijs curis deserta, facilis est à quouis ingruente agi. Prudentium verò mens multis in rebus versans, à quibus mouetur, non videt si quid ingruerit. Sicuti enim vigilantes, si quid intensa fixaque cogitatione æstimemus, prætereuntem aliquem non animaduertimus: nam maior motus minorem elidit: ita in somnis etiam vernaculis motibus insitisque formis agitata mens, forinsecus accedentia non videt.

Macte vir industria fœlix, qui nobis autor es vt multa pulcherrimaque discamus, & veritati semper innitamur.

Cæterum aliquos mente captos futura prospicere, in causa est quoniam vernaculi motus non obturbant, sed procul ab ipsis abiguntur. Quare extraneos maxime apprehendunt.

Vernaculi motus non obturbant, hoc est intestinas motiones nullas habent. Ecstaticos (mente captos transtulimus) eos vocat, non qui penitus insaniunt, sed qui inter hos & prudentes medij sunt, vt ita dicamus. Isti igitur cum nihil omnino curent, aut animo reputent, & si quæ subierit cogitatio, eam obijciāt nullam prorsus admittentes, quo pacto vllos intestinos haberent motus? Prudentes quidem non præuident, ideó quod turbetur & veluti pulsetur ipsorum animus imaginibus atque formis intrinsecis. At mente captis animus cum sit inanis, eoque nomine nihil infestetur, extrinsecus aduenientia par est vt sentiant. Quæ autem sint ingruentia illa, & quo modo, Aphroditeus in libro de Dæmonibus explicuit, Hæc enim Aristoteles appellat extraneos motus. Quid si autem per extraneos motus ea quæ non à nobis, sed ab alijs agenda sunt, intelligat?

Quod autem nonnulli euidentia somnia, idque maxime familiares de familiaribus præuideant, inde fit, quod necessarij et amici inprimis alter alterius curam habeāt. Vt enim etiam eminus se mutuo internoscunt familiares, ita quoque motus à notis profecti notiores sunt.

Fieri solet vt præcipue familiaritate nobis iunctos insomnis videamus, etiam super ijs rebus quarum eo tempore nulla nobis cura est. Ita mihi contingit somniare de socio meo (non egregio illo, qui mecum adhuc viuus communem in literarum studijs operam nauat: sed quodā alio qui breui tempore Philosophię incubuerat ob pręcocem mortis aduentum) is dudum defunctus mecum visus est in somnis colloqui de rebus quæ mihi toto illo tempore, & proxime antea in mentem non venerant: aliquando tamen, sed multo ante ipsis deditus fuerā. Visus enim est mihi de anima quæstiones obijcienti respondere. Quandoquidem igitur nobis notos in primis colloquentes in somnis videmus tum de rebus ijs quæ nobis curæ sunt, tum de alijs. raro autem ignotos & quibus nō assueuimus, huius rei causam subijcit ita scribens: Hoc autem fit,
» eo quod necessarij & amici in primis alter alterius curam habeant. Porrò hæc verba: Quod aut nōnulli euidentia somnia habeāt, & quod familiares maximè me familiaribus præuideant: clarius hoc modo preferentur. Quod autem nonnulli de familiaribus suis in primis euidentia somnia videant &c. Nam & de alijs, nēpe ignotis, & non assuetis nobiscum versari, idem aliquando contingit, præcipue tamē de familiaribus. Cæterum quod amicos etiam eminus illico agnoscamus præ cæteris, experientia manifestum est.

Porrò melancholici, hoc est ij quibus atra bilis exuberat, ob vehementiam, vt qui iaculantur eminus, ita collimandi & scopum assequendi dexteritate valent. Et propter ingenij mobilitatem confestim quod ad principium sequitur, imaginātur. Insani n. quę aliqua similitudine inter se connexa sunt, ceu Philægidæ poemata, dicunt & meditantur, vt Venerem: ita cum principio, quæ consequuntur, annectentes. In eisdem præterea non eliditur vnus motus ab altero, propter naturæ vehementiam. »

Hęc verba, Vt qui iaculantur eminus: idem innuūt, quod: Vt qui prospiciunt eminus. Sicut enim aues, quibus acies oculorum est acuta, a longinquo vident: & qui iaculantur eminus, quodam modo iam manibus tenent id quod iaculando petuntur eodem modo atribiliarij, tanquam multo ante rapientes, collineandi solertia præcellunt. præripiunt enim motu suo futura. Nam cum mobilis ipsorum sit imaginatio, confestim quod ad principium consequens est, imaginatur. Sunt enim nonnulla, vt dictum est, quæ principia nobis insita sequuntur, principia verò celeriter commota faciunt, vt statim etiam præuideamus, quod ipsis annexum consequensque fuerit: Cæterum ait hæc ita se habere, vt philegidæ poemata, in quibus quoque sequentia similia sunt præcedentibus. Non enim vt apud Euripidem, nunc ab Hecuba transfertur ad Grecos oratio, nunc ab his ad seruum, ita fit etiam in Philægidæ carminibus. Sed si, verbi gratia, de Venere fuerit sermo, omnia deinceps a principio ad finem vsque de eadem erunt. Quemadmodum igitur in illis poematis contingit. sic & insani ea vident, quæ affinitate aliqua copulantur. De quibus autem insanis loquatur, antea diximus: nempe de illis, qui inter prudentes, & omnino insanos medij quodammodo sunt, quorum motus elidi ipsorum vehementia non sinit. Quoniam instar fluctus, qui cum vehementi impetu feratur, ab alio non potest elidi aut dimoueri loco: quin ipse potius obuios repellit: ita quoq; motus insanorum suæ vehementiæ gratia ab aliquo alio excuti non potest.

Philægidæ poemata.

Peritissimus ille fuerit somniorum interpres, qui similitudines rerum exacte, perspexerit. Nam recta claraque somnia iudicare, cuiusuis est. Similitudines dico, quoniam visa similiter contingunt, vt rerum imagines in aqua, sicuti prius etiam memorauimus. Motus enim si nimius sit, nullo pacto repræsentatio, & imagines rebus veris similes redduntur. Itaque ille plurimum iudicando excelluerit, qui statim persenserit atque conspexerit disiectas, & tortuosas imagines, quod hominis aut equi sint, alteriusue cuiusuis. Idē in somnijs accidit, ex equo enim utrobique agitatio simulachri peruertit euidētiā. Quid igitur somnus sit, quid insomnium, et quam ob causam vtrunq; ipsorum fiat, item de diuinatione secūdum quietem ex insomnijs, dictum est, posthac de communi animantiū motione disserendum.

Quemadmodū cuiuslibet est discernere imagines in aqua requieta: commota verò aqua non quiuis imagines iudicauerit, sed is tantum, qui recte & perquam diligenter contemplatur: Ita somniorum euidentia (Græci ἐναργείας vocant) quilibet interpretabitur. Artificiosissimus autem coniector fuerit, qui similitudinem illā animaduerterit. Sicut enim sæpius in aqua commota, quæ tanquam hominis videtur imago, non hominis est, sed equi, propter motum autem humanā quandam speciem repræsentat:* Itidem in somnis ex

ἐναργεῖαι

alia

Themistius. Idem in somno flatuimus, si redundantior & concitatior materia a somno capite ad sua cordis feratur similitudines ea, tes.

alia in aliā variat imago. Qui igitur similitudines conspicere callet (hoc est, qui iudicare nouit, quod visa secundum quietem ex vna in alteram speciem transformata, similiter se habent vt simulachra quæ apparent in aqua commota) ille nō decipietur, sed dijudicabit, quod hæc hominis imago visa non fuerit hominis, sed equi, humana specie mutati. Atqui alias viso equo tale quippiam mihi contigit, ergo in præsentia quoq; idē continget. non id quod ex hominis visione accidere mihi solet. Hæc quidem totius orationis mens est. In istis autem verbis, Disiectas atque distortas, primum per posterius exponitur.


se, aut p habere nō fuit, quon multa cō tio sincer somnorū fundit. & stantiam v aū interci

Finis libri de Diuinatione secundum quietem & Scholiorum in eundem.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I

Omnes sunt duerniones.



VENETIIS Apud Hæredem Hieronimi Scoti.
M D L X X I I I.